reddere, dedimus, & contulimus, ipsi, & illius Succoribus, prout damus ... & contrino praesentibus & inæuum certam Portionem, nunquàm antèà culti fundi rubetorum, sub Iurisdictione Castren Medzeren, eis Montem Laterificium nuncupatum, penès Piscinam & Molendinum Koper molle dict, situ: rum, à limitibus Pobowiecko, agrisq; Iacobi Molendinatoris, vsq; ad riuulum Palilicea protendentium, alias quemadmodùm ab ipso memoratus rubetorum fundus, ad præsens possidetur; per ipsum Martinum Gothwaldt, & ipsius Succores extirpan, colen, possiden, vti fruen, dan, donan alienan, venden, commutan, & in alios quosuis vsus, iuxta suum, suorumq; Succorum beneplacitum conuerten, perpetuò & inæuum harum Testimonio literarum, quibus manu nra propriâ subscriptis, Sigillum nostrum appendi iussimus. Datum in Arce Regia Medzerecen Feriâ Sextâ, post Festum Sancti Nicolai Episcopi proximâ. Anno Domini, Millesimo, Quingentesimo Septuagesimo primo. Ioannes à Stuzen Palatinus Brestensis. Medzerecen Capneus. Nos itaq; Sigismundus Auoustus. Rex Poloniæ præfatus; Supplicaoni ipsatorum Consiliariorum nostrorum, in præsenti Gnali Conuentu congregatorum, tanquàm iustæ & rationi consonæ benignè annuen, de ipsorum vnanimi Consilio, & assensu, insertas literas, in omnibus earum punctis, clausulis, & articulis, approbauimus. ratificauimus, & confirmauimus, proùt approbamus, ratificamus, & confirmamus, decernen omnia, & singula in eis contenta; non secus ac si adea, noster antea accessisset Consensus, robur debitæ ac perpetuæ firmitatis obtinere, tenore præsentium mediante. In cuius rei Testimonium Sigillum Nostrum præsentes est appensum. Datum in Conuentu Regni Gnali Varsauiensi, Feriâ Sextâ pòst Festum Ascensionis Domini proximâ. Anno Domini, Millesimo, Quingentesimo Septuagesimo Secundo. Præsen Rndmo, & Reuerendis in Christo Patribus, Dnis Iacobo Vchanski Archiepiscopo Gnesnensi Legato Nato & Primate, Stanislao Czarnkowski Vladislan. Petro Myszkowski Plocen. Valentino Herbort Præmyslien Episcopis, nec non Magnificis & Inosis, Stanislao à Mielec Castellano Cracouien, & Brestcn. Luca Comite Gorka Posnanien & Buscen. Petro de Zborow Sendomirien & Stobnicen ac Camionacen: Custachio Wolowicz Castellano Trocen Vice Cancellario Magni Ducatus Lithuaniæ & Brestcn Cobrinengs. Ioanne Chotkiewic Comite à Sklow & Biechow, Capitaneo Gnali Terrarum Samogitiæ, & M.D.L. Marschalco, nec non Administratore, & Exercituum Nrorum in Liuoniâ Præfecto Caronen, Plekeln, Telschow. Ioanne à Stuzewo Brestcn, & Conionen Medzerecengs, Basilio Konstantinowicz Duce Ostrouiæ Kiiouien et Terrarum Wolhyniæ Marschalco. Wlodzimirien gs Palatinis & Capitaneis, Ioanne Comite in Thenczyn Woynicen, Lublinengs. Andrea Comite in eadem Thenczyn. Belzen; Nicolao Firley de Dambrowica Wislicen Neringengs. Paulo Sczawinski Brzezinen Sochacouien Castellanis & Capitaneis. Valentino Dembinski, de Dambiany Regni Nostri Cancellario. Franciseo Crosinski, Præposito Plocen Archidiacono Varsauiensi, & Regni nostri Vice cancellario. Nicolao Chrystophoro Radziwil, Duce in Olyka & Nieswicz M.D. Nri Lithuaniæ Curiæ Marschalco. Stanislao Sandiuogio, à Czarnkow Commendatori Posnanien Drahimen Capneo. Stanislao Ossowski Cantori Gnesnen, Curiæ Nostræ Referendarys. Ioanne Bonkowski Kijan

Cracouien

Lancicien. Ioanne Zboroński Sendomirien' Præpositis & Secretariis Nostris, aliisq; quàm plurimis, Dignitarijs & Officialibus Regni Nostri testibus, circà præmissa existentibus, sincerè & fidelibus nobis dilectis. Datum per manus præfati Magnifici Valentini Dembinski Regni Nostri Cancellarij sincerè nobis dilecti. Valentinus Dembinski Regni Poloniæ Cancellarius. Relatio Magnifici Valentini Dembinski de Dembiany, Regni Poloniæ Cancellarij. NOS igitur STEPHANUS REX prænominatus. Supplicationi huic tanquàm iustæ, & rationi consonæ benignè annuentes, de spèciali præfatorum Consiliariorum nostrorum unanimi consensu has præinsertas Nomina in eis contenta confirmare approbare & ratificare duximus, ut quidem confirmamus, approbamus, & ratificamus per præsentes, in omnibus earum Punctis, clausulis & articulis, nullis penitùs exceptis, quantum in usu & pacifica earum possessione existunt. Decernentes easdem vim & roburperpetuæ firmitatis obtinere debere. In cuius rei fidem Sigillum nostrum præsentibus est appensum. Datum Thoruny, in Conuentione Regni Generali, die Decimâ Octauâ mensis Nouembris, Anno Domini Millesimo Quingentesimo, Septuagesimo Sexto Regni Nostri Anno Primo. Petrus Dunin Wolski, Noatus Cppus Pr. & Regni Poloniæ Cancellarius. Relatio Rudi Petri Dunin Wolski Nominati Cpi Premyslien. & Regni Poloniæ Cancellarij. Locus Sigilli pensilis Regni. NOS itaque IOANNES CASIMIRUS Rex. memoratæ Supplicationi, vti iustæ benignè annuentes, memoratum Famatum Ioannem Wandrey, Successores illius primos circà eundem fundum, Iusq; totale, circa ipsa Possessionem conseruandè manu tenendè, cæteraq; Iura & Priuilegia in toto, & in quauis parte approbamus confirmamus & ratificamus esse duximus, prout quidem authoritate Nostrâ Regiâ conseruamus, manutenemus, approbamusq;, confirmamus & ratificamus, hocce Priuilegio nostro. Decernentes easdem vim & robur, debitæ, ac perpetuæ firmitatis, in quorum Iuris sunt, obtinere debere. In quorum fidem manu Nostrâ Subscriptis, Sigillum Regni subappendi iussimus. Datum Varsauiæ die Trigesimâ Mensis Martij Anno Domini M D C. L X V I I. Regnorum Nostrorum Poloniæ & Sueciæ XIX Anno. Ioannes Casimirus Rex. Locus Sigilli in pixide pensili. Rogatianus de Buzènin Pstro Ronski Succameratius Brestensis, Regens Maioris Cancellariæ Regni. manu propriâ.

Seruitoratus Egregij Eruardi Couie Mercatoris.

Ioannes Casimirus &c. Significamus &c.

Ad Nostrum & Aulæ commodum pertinere arbitramur, seruitiis nostris proximionibus adsciscere Subditos ingenij sagacitate, rerumq; Mercium & exoticarum cognitione, atq; in iis acquirendis industriâ, audaciâq; præditos pollentes. Protectio namq; Regia, Singularis iisdem maiori incitamento erit, ad contendendum de arduis faciendâ difficilia, mutuiq; ipso parendum. Commendatas itaq; habentes similes commemoratis animi tùm & fortunæ dotes Egregij Eduardi Couie Mercatoris Siciliæ, non minùs relatum ipsius ad præstanda Nobis Aulæq; Seruitia, studium, eòdem vtendum esse censuimus, ipsum in album Seruitorum & Factorum nostrorum recipiendo; prout præsentibus literis nostris recipimus, et annumeramus: Concedentes eidem libertatem, omnibus

Rep.

immunitatibus, prærogatiuis, libertatibus, exemptionibus, quibus alij Seruitores seu Factores nostri, è singulari gratiâ nostrâ, receptaq; consuetudine gaudent & fruuntur, vt ipse quoq; illis liberè, et citra impedimentum Magistratus cuiusuis et aliarum personarum gaudeat & fruatur, ad extrema vitæ suæ tempora. Specialiter autem ipsi permittimus, ac demandamq; pretiosiores merces, vicinioribus, ac remotioribus à Regno nrô ditionibus, inuehendi, easdemq; ad nostrum Aulæq; vsum distrahendi (Theloneis aliisq; oneribus publicis & contributionibq saluis.) Præterea eundem Gregorium Couie in Vrbe Residentiæ nostræ commorantem, omni Iurisdictione Castrensi & Ciuili eximimus, soli vero nostræ et Marschalcorum seu officialium nostrorum subijcimus, & incorporamus. Quòd et ad notitiam omnium, quorum interest præsertim verò Magcorum Marschalcorum, et officialium nostrorum, tum quoq; Magistratuum Castrensium, & Ciuilium, nominati Magistratus Ciuilis Sniatynensis deducentes mandamus, quatenùs Gregorium Eduardum Couie pro vero, ac legitimo Seruitore, et Factore Nostro habeant & agnoscant, circà vsum libertatum, eidem concessarum integrè conseruent, nèq; eundem insolitis, iniustisq; oneribus, aut contributionibus aggrauari permittant, et ipsimet non aggrauent, pro gratiâ nostrâ, & sub panis in violatores literarum Nostrarum sanatis. In cuius rei fidem præsentes manu nostrâ subscriptas, Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsauiæ XXXI^a. Mensis Marty. Anno Domini MDCLXVII. Regnorum Nostrorum Poloniæ & Sueciæ XIX. Anno. Ioannes Casimirus Rex. Locq Sigilli Maioris Cancellariæ Regni. Stephanus Hankiewic Secis Regiæ Maiestatis.

Actum Varsauiæ, Feriâ Secundâ post Dnicam Ramis Palmarum proximâ, sub tempus Comitiorum Regni Generalium videlicet 4tâ Mensis Aprilis. Anno Domini, Millesimo, Sexcentesimo Sexagesimo Septimo.

Ad Relationem Illustrissimi & Magnifici Ioannis Comitis de Leßno Leßczynski Supremi Regni Cancellary Maioris Poloniæ Gnaß Mariaburg Capitan.

Palatinatus Lublinen Magco Vladislao de Nagło: vice Rey post ascensum Mgci Ioannis de Szczekarzo: vice Tarło confertur.

Ioannes Casimirus &c. Significamus &c.

Ex. Diuersa vitæ humanæ ad veram gloriam contendentis vestigia, in vastum Enomiorum.

Encomiorum Theatrum, promouent gradum quantacunq; Virtutis, dexteritatis Sapientiæ, ac meritorum gestans ornamenta, minimè Soles effugit Generosum pectus. Neq; alia moles in ma: ius assurgere potest, præter quam meritorum gloria Subditis relicta est, Ius decusq; Principibq debetur. Difficile est Encomiorum Scalpere Ideas, verùm tàm gladio quam calamo eiusmodi ex cutitur nomen, omneq; tulit punctum votorum pleno spebus onusto animo. Plurimum sanè ma iorum suorum insistendo vestigiis, emolumenti posteritati relicturus videbitur Generosus Vladi: slaus de Kaglowice Rey, Thesaurarius Curiæ Regni Serenissimæ Reginalis Mtis Coniugis Nostræ Cancellarius, Neokorcgēnsis, Libusiensisq; Capneus Noster, de Armis ac pignore Nobili: tatis vocalis Okßa, nèq; desinit exantlare Prosapiæ suæ, ornamentorum incrementa: nèc mini. mum allisa loquuntur vestigia eius meritorum erga Nos Domumq; nostram Regiam, verùm cumau: ctuario curas omnes fecit magnificas, Augustusq; è ruderibus Domus suæ Okßa, Heroicis im: plantauit facinoribus, congestisq; vincula recordationis nostræ. Cùm Aulæ Diuæ Memoriæ: Prædecessoris nostri Desideratissimi, Vladislai Quarti intimus existens Cubiculi Adolescens, ac disciplinæ, natiuiq; morum vsus amplexis studiis exteras Nationes, diuersarum linguarum pro ficuam eruditionem ac literarum Solertissimam, nactus inuestigationem, obtutu omnium Re gni colarum rapiens animos. Redux tantisper meritissimi de Republica Parentis, ac maiorum suorum præclarè gesta, votis suis adimplens omni conatu accingitur, dificillimis totius Reipub: licæ negotiis. Acprimùm Nuncij Terrestris munere exornatus, ad Suffragia vnanimis sensus Comitiorum Regni, è Palatinatu Cracouiensi accessit, Iudiciorum quoq; Tribiorum Iudex Deputatus, æquitatem omnem, de Præscripto Legum redamans integerrimè seruauit sententiam. Officia atq; dignitates Dapiferatum primo, post hàc, Vexilliferatum Palatinatus Cracouiens obiens, Districtus Biecens Nobilitatis Ductor omnium Suffragiis electus, in expeditione generali ad Berestecko, et ad Varsauiam Rothmagister, ære proprio Catæ: phractorum militum Cohortem, Stipendiariam Nostræ sistens censuræ, vtramq; in The atro Martis magnanimus miles adæquauit operam. Belli itaq; omni peracto æstu, Sere: nissimæ Ludouicæ Mariæ Consortis Nostræ charissimæ Cancellarius, in hoc vsq; tempus Sigillum insigne Consiliorum, Causarumq; Aulæ ipsius ex voto præseferendo non inter: mittit. Ac tandem virtus ipsa dispensatrix permouit animum Nostrum, vt ei The saurariatum Curiæ Regni conferre haud dedignaremur, assecutus tantùm munus non sterili, at cultissimâ laboris manifesti percoit dexteritate. Clarescit non modo orbi Polono verum vniuersæ Christianitati, dexteritas Extraordinariæ Legationis Francofurtensis ad Serenissimos Electores & vniuersum Imperium, pro Inauguratione Serenissimi Leopoldi moderni Romanorum Imperatoris, congregatos, Summo encomio, cum sufficienti Rostra ac negotiorum Reipublicæ Satisfactione, circumspectè admodum peracta. Eiusdem verò Præsidiarios Milites in Vrbe Cracouiensi subsistens, accuratâ Solertiâ luculentissimo cum bono publico diuertisse constituit; Commissionis Oliuensis circa penultimum bellum Sue ticum Voto Nostro Senatus Consilio, Reipubcæ totius arbitrio destinatus Plenipotentiarius, et pro ratificatione illorum Tractatuum, solus tantùm à Nobis & Republica Gedanum delegatus

Sapientißimè, æmulâ ergà alios Commißarios virtute, integritati Dominiorum Patriæ prospicyendo, ad auream peruenisse enituit pacem, ratam èt firmam reddidit desiderijs Incolarum. Alteram Elbingensem cùm Serenißimo Electore Brandeburgico, eiusq; delegatis, perspicacißimo animi studio peregit atq; exemit, eandem Vrbem per Pacta illagùeatam, manibus Serenißimi Electoris Brandeburgici, non pertractus Sacrâ fame in cupiditatem Auri, maluiße duxit immortale nomen functionis in Authoratæ Patriæ suæ, conseruare, quam alienas Ditiones Locupletaret èt ampliare. Postrema domesticæ necessitatis internæ ergà Militem confœderatum Regni Mlesimo, Sexcentesimo, Sexagesimo Secundo et tertio, Commißio, complures eius labores, in Tractatibus quibus suis peragen latiorem effectu ipso obloquente per sera fata vigilantiam, et operam: commonstret, nouißimè expedita Legatio Extraordinaria, ad Prapotentißimum Ludouicum Decimum Quartum, Regem Galliarum Christianißimum, attulit gloriosißimum Existimationis nomen, Orbi Polonico, vbi eruditißima vsus est facundiâ, de more lugubres inter Principes combinando affectus, ibiq; modestißimam Vniuersæ genti non mediocribus fortunarum suarum impensis seruauit rationem honoris èt gloriæ. Proindè nos ad Regale virtutum omnium ipsumq; cœleste genus libertatis condescendentes, hoc idem munus Officiosæ Legationis peragenti, et absenti ipsi Palatinatus Lublinensis Dignitatem, pòst ascensum Magnifici Ioannis in Sczekarzowice de Tęczyn Tarlo, ad Palatinatum Sandomirien̄sem dandam et conferendam esse duximus, damusq; èt conferimus hisce literis Nostris, cùm omnibus Juribus, Prærogatiuis, obuentionibusq; ad eandem Dignitatem, de legè vèl receptâ consuetudine pertinentibq, tenendam gerendam et obeundâ, ad extrema vitæ Suæ tempora, vèl altioris alicuius Dignitatis siue officy assecutionem. Quòd ad notitiam omnium quorum interest præsertim verò Dignitariorum, Officialium totiusq; Nobilitatis Paltus Lublinenc, deducentes mandamus, vt Nominatum Magnificum Vladislaum de Naglowice Rey, iàm abhinc prò vero èt legitimo, Palatino Lublinensi habeant et agnoscant, eiq; de loco Iuribus, Prærogatiuis, obuentionibusq; Dignitatem eandem concernentibus, respondeant, èt ab aliis responderi. curent, progratiâ nostrâ. In cuius rei fidem præsentes manu nrâ Subscripsimus, et Sigillo Regni communiri iußimus. Datæ Varsauiæ die IIª Mensis Ianuary Anno Domini MDCLXVII. Regnorum Nostrorum Poloniæ et Succiæ XIX Anno. Ioannes Casimirus Rex. Locus Sigilli Maioris Regni in pixide argenteâ pensili cera rubra expressi. Chrystophorus Michael Rupniowski Tribunus Palatinatus Cracouiensis Capitaneus Lelouiensis. mpa.

Supremus Cancellariatus Regni Illmi & Magci Domini Joannis Comitis de Leßno Leßczynski Supremi Regni Cancellary Mariemburgensis.

Horsuren

Korsunensis &c. Capnei.

Ioannes Casimirus &c. Significamus &c &c..

Supremos Status ac Consiliorum Administros, palmas esse ac lumina Regnantium &c &c.
Nemo addubitarit, tum Nos potissimum: Qui longo magnis Gentibus imperandi usu, id ipsum probè perspeximus. Facilè esse sceptra, prudentissimis quondam orientis Monarchis gemmarum vice, oculis plena haec fulcra & gazophilacia quibus Maiestas Principatus longo titulorum fulcitus, quam exangues et quandoq; ancipiti Praesidy genere, quo vulgo animam rerum Imperijq; nervum indigitat, sanè Cancellariorum [quos vocant] Officium hoc in Regno, eiusmodi ponderis, est vt Regnum oculus, Utriusq; iustitiae penu, mentis et oris, Interpres Legum et Consiliorum, fidum depositorium Iure audiat. Hinc est vtsi id quandoque vacare contingat, non nisi viris natalium Splendore ac doctrinâ prudentiâq; praestantibus, ac quod potissimùm velimus Spectata probitate conspicuis deferre consueuimus. Cui nostro genio et officio ad praesens satis fecisse videmur, dum vacante cancellariatu Maioris Regni, post Sublimationem ad Primatialem Dignitatem Reuerendissimi Nicolai, de Grzymow Przemowski, non diu Nos ambigere fecerunt praeclarissima merita cum auitâ generis claritudine coniuncta, Magnifici Ioannis Comitis a Leßno Procancellary Regni Maioris Poloniae Generalis, vt eidem hunc ipsu lubenter deferremus. Ea etenim Prosapia genus ducit, quae in Regno hoc nemini secunda, per continuatos Seculorum decursus, maximis quibusq; functa est officijs ac Magistratibus, adeò vt fecundissima propagine quot Viros, tot Senatores & persepe quot fratres, tot Pontifices, immò nuper et Primates numerauerit. Huic vero ipsi Cancellariatus Dignitati frequenter exhibens domicilium, dum non solum sub felici Dominatu Serenissimorum Parentis ac fratris Nostri desideratissimorum iteratis vicibus eundem laudabiliter gesserit, verum etia Nostri Imperij tempore, tertio iam hoc Regale Pignus ibidem hospitari contingat, eo scilicet gaudens nidulari, vbi generis ac virtutis, tam glorioſum enitet commercium, ipse vero praefatus Magnificus Ioannes a Leßno, post grauissimas Suetica, ac Germanicas Legaones è Nostrâ Regnig; Dignitate plures actas, Palatinatuum quoq; Lancicien & Posnanien vite gesta Subsellia, tantum Nobis magnitudinis suae exhibuit Specimen, vt sicuti ob merita dignum, ob rara prudentiae dotes parem magnis functionibus pridem iudicauimus, ita hunc imponendum consuimus, quo Regij Suffragij Supremum pondus è Coronis habetur. Memoratamiq; maioris Cancellariatus Regni Dignitatem praedicto Magnico Ioanni a Leßno Procancellario Regni damus, & conferimus, per praesentes, cùm omnibus Iuribus, Prerogatiuis abuentionibusq; muneri huic de lege vel recepta consuetudine seruientibus, tenendum gerendum, & obeundum ad extremum vitae suae tempora, vel maioris alicuius Officij seu Dignitatis assecutione; Quod ipsum ad notitiam omnium quorum interest, tam in Regno quam Magno Ducatu Lithuaniae cuiuscunq; Status sint, & Dignitatis deducentes Mandamus, vt ipsum Magnicum Ioannem a Leßno abhinc pro Supremo Regni Cancellario, qua privatim quà publicè habeant et agnoscant, Iuraq; et Prerogatiuas Cancellariatus in personâ eius pro gratia Nra reuerenter observent. In cuius rei fidem praesentes manu Nostra subscripsimus & Sigillo Regni communiri mandauimus.

Data Varsauiæ in Conuentu Regni Generali. Die XXVIIa. Mensis Decembris Anno Domini MDCLXVI. Regnorum Nostrorum Poloniæ XVIII. Sueciæ XIX Anno. Ioannes Casimirus Rex. Locus sigilli in pixide argenteâ pensili cera rubra expressi. Stanislaus de Lipie Lipski Præpositus Krusuicien sis, Regens Minoris Cancellariæ Regni manu propriâ.

Corr.

Vice Cancellariatus Reuerndmo. Andreæ Olßowski Eppo Culmensi.

Ioannes Casimirus &c. Significamus &c.

Ex.

Meretem virtutem laudare vti iustitiæ, ita debita laude destituere, iniuriæ est. Cùm enim illa nullam mercedem præter hanc laudis gloriæq; desideret, uberrimo eam frustratur alimento, qui illi honorem negat; nutriunt præmiorum Exempla virtutes, nèc quisquam adeò est ob: tusi sensus, qui non dulcedine gloriæ capiatur, improbis solis veræ Laudis gustum non haben tibus, Ornamentis hanc Honorum incitatur imitatio, & virtus æmula, alitur Exemplo honoris ali cui. Nec vllatenus iniucundus potest èe honor iis, quorum Dignitati Respublica testimonium, non ambitioni beneficium dedit. Virtutis porrò laus cum in actione consistat, nèc quisquam præ mium percipiat ante experimentum, quid quid benè meritis honorificentiæ accedit, id solutum magis videtur, quam præstitum. Quocirca plurimum elicienda iustitiæ Regnantium confert, quan: do Sublimium Magistratuum Gubernationi tales admouentur viri, quorum virtutibus debitum exolurit Respublica non beneficium præstat, ita enim dignitas dum ad incognitum venit do: num est, dum ad expertum compensatio meritorum. Talia animi ac ingenij attributa, insigniaq; merita, dum in Rndmo in christo Patre Andrea Olßowski Episcopo Culmensi & Pomesa: niæ, accuratiùs perpendimus, nihil tam amplum esse putamus, quod aut non illi debeâmus, aut non ipsius causa faciamus. Is exantiquissimâ Prussow, Sua sortitus incunabula Familia, posteà quam teneriores annos politioribus, imo Diuinis humanisq; excoluisset literis, non passus gene: rosissimam Indolem, ad Sublimia quæq; natam priuato Domus coarctari otio, illam Aulæ No: stræ applicauit obsequijs. In quibus cum auitorum virtutum non deneger hæres, magna eorun: dem edidisset Specimina, primò Secretary nostri, deindè Cancellariæ Maioris Regni nostri Regen: tis functionem, multâ cum laude exercuit: Neminem deindè aliquandò ad Summam rerum per. uenire posse, qui non à primâ ætate gradibus virtutis ascenderit, exemplo Suo probans, posteaquam ad Serenissimum ac Potentissimum Romanorum, Imperatorem in arduis Reipubcæ negotijs Ablegati Spartam suscepisset, eándemq; exanimi nostri Sententiâ confecisset, Referendariatus Regni munere insignitus, illud omni integritate, diligentiâ tractauit, cultum & Ordinem iustitiæ ser. uando, & solatia Patrocinium q; afflictis, auo quoq; modo iniuriatis, inferioris conditionis Subditis nostris, apud nos sedulo gratuitoq; procurando. Virtute ità gravioribus enitescente ne: gotijs, & ampliorem quærente Campum, ad Sublimiora ferri excelsus animus cepit. Cuius amā bili eximiarum Virtutum, ex dignitate in dignitatem procedentium illecti charagio, eun: dem ad Episcopatum Culmensem eueximus, vt et Ecclesiæ illæ exemplarem Pastorem, & Respu: blica gravem in Consilio haberet Senatorem. Quam Episcopatus Dignitatem hucusq; cum multâ

Laude.

cum multa laude, ac vitæ Sanctimonia administrans, innocentiæ Vigilantiæ, ac iustitiæ leges:- Strictissime colit, ac eas nusquàm est transgressus, non Nostro solum, sed omnium Spirituali eiusdem Regiminî Subiectorum Iudicio. Patria porrò his turbulentis Reipúbcæ temporibus, Virum Consilij, ad Procancellariatus Regni, Dignitatis gubernationem exigente, considerantibus nobis, quem huic Sublimi Ministerio magis idoneum admoueremus, facile venerunt in mentem præstantissimi animi Ipsius dotes: Sciebamus optimum Præsulem & verè Senatorem bonum Suum, à publico nunquàm distinguentem, nec publicum priuato respectu deuincientem, ita versari in Republica, vt ab ineunte ætate, omnia sua studia omnem operam, & cogitationem, in ea ornanda fixerit & locauerit. Sciebamus illum nullam dignitatem ex aliorum inuidiâ, aut casu, nec ementitis Auspicijs, aut emendicatis Suffragijs, sed enucleato Bonorum iudicio quæreret: vt potè cui maior animo honestatis fructus, in Conscientiâ quam in famâ reponitur: Præterea dum reliqua ingenij ipsius animi recensemus attributa, prudentiæ adiunctam eloquentiam, [seu vt à plerisq; definitur] copiosè fluentem Sapientiam; quam non semèl in publicis, & priuatis Consiliis animum nostrum ad sui dilectionem pertraxit; obstinatorum quorumuis animos, aut coërcuit, aut ad recte sentiendum pro Republicâ permouit; facilè comperimus, atq; adeo illum ad id virtutum omnium fastidium ascendisse, vt omnia ista quæ sapienter monentur, gloriosè aguntur, facundè prædicantur, vita superauerit. Quocirca animaduertentes eum omnes penè complecti virtutes, quæ facere vult, facillimè tractare posse, cùm non solum virtutibus ex dignitate, sed & Dignitati ex virtutibus honor accedat; quo magis virum inappetendis honoribus modestissimum, & verè amplissimis dignissimum, ac vlteriùs de Nobis ac Republicâ benemerendi alliceremus, ac in partem curarum Nostrarum vocaremus. Eundemq; legitimè ad præsens vacante Procancellariatus Dignitati post Cuthnorem, ad Supremum Cancellariatum Regni Magnifici Ioannis de Leßno Leszynski recentèr designati, Cancellary Regni Supremi, immediati verò Procancellary, Generalis Maioris Poloniæ præficere. mus, prout quidem ex Consilio Senatus, & cum applausu Ordinum, in modernis Generalibus Regni Comitijs congregatorum præfecimus, & præsenti Diplomate Nostro eandem conferimus. Quâ ipse cum omnibus Prærogatiuis, Juribus, ac vtilitatibus, quæcunq; vel ex Legum Præscripto, vel ex Consuetudine eidem seruiunt suntq; annexa, gaudebit & vti fruetur, tamdiu donec maiorem dignitatem, quam cum præsenti obtinere, ac gerere Ius non sit, assecutus fuerit, & ad extrema vitæ Suæ tempora. Id omnibus notum esse cupientes, ac inprimis Regni Nostri Dignitarijs, & Officialibus, tum quoq; Ordini Equestri, cæterisq; cuiuscunq; conditionis, ac Status Subditis Nostris Mandamus, vt Reuerendum in Christo Patrem, Andream Olßowski Episcopum Culmensem & Pomesaniæ, Procancellarium Regni nominent, & agnoscant, eiusdem Authoritati Juribus, Prærogatiuis, ac vtilitatibus, ijsdem deferant, & ab omnibus responderi curent pro gratiâ Nostrâ. In cuius rei fidem præsentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni muniri iußimus. Datum Varsauiæ, Sub celebrationem Comitiorum Generalium Regni. Die XXII. Mensis Decembris. Anno Domini MDCLXVI. Regnorum Nostrorum Poloniæ XVIII. Sueciæ XIX Anno. Ioannes Casimirus Rex. Locus Sigilli pensilis in pixide argenteâ cera rubra expressi. Christophorus Michael Rupniowski Tribunus

Actum Varsauiæ sub Item: pus Comitiorum Regni Ge: neralium Feriâ Sextâ post Festa solennia Resurrectionis Christi Domini proximâ Die scilicèt 15 Mensis Aprilis Anno Domini 1667.

Ad Relationem Illustrissimi & Magnci Ioannis Comitis de Leßno Leszczyński Supremi Regni Cancellary Maioris Poloniæ Generalis Mariaburgen Korsunens Capnei.

Consens Szlachetnemu Matu: Bowskiemu na vstąpienie Grun tow w Oeconomiey Samborskiey Samuelowi Lacborskiemu.

Ian Kazimierz &c. Oznaymuiemy &c.

Vig. Jzesmy pozwolili y dopuscili, iakoß niniejßym liſtem naßym pozwalamy y dopuſczamy ſzlachetnym Walentemu Matußewskiemu y Zophiey Rudzkiey Małzonkom aby mogli Prawa swego dozywotniego onym na pewne grunty w Oeconomicy Naßey Samborskiey między Wſią Babyną nazwaną Zledney, a Kulczycami z drugiey Strony leżącę z Budynkami natychże Gruntach będącymi, y innemi wßytkiemi przynależytoſciami, za Conſenſem Vrodzonego Stanisława Skarßewskiego Kaſtellana Małogoſkiego, natenczas Oeconomiey Naßey Samborskiey Administratora, od Nas Przywileiem Naßym nadanego y confirmowanego ſłuszlego vstąpic, y tegoß Prawa ceßią albo wlewek Zupełny na Osobę . . . Samuela Latborskiego, y Agnießki Małzonkow także Syna ich ſtarßego Pawła vczynic y cale przeniesc, (ktora to Ceßia albo wlewek Prawa, gdy przed Xięgami ktoremikolwiek Vrzędowemi Koronnemi vczyniona y zeznana będzie, my onęza ważną y prawdziwą miec będziemy, iako za Conſenſem Naszym vczynioną mocą, ktorey Ceßiey albo wlewku Prawa, y powagątego Conſenſu Naßego wolno będzie przerzeczonym Samuelowi Lacborskiemu, y Agnießce Małzonkom tudzież y Synowi ich Starßemu Pawłowi, lub weſpot lub rozdzielnie każdemu z nich, na swą

naszą Stronę gruntа wyżey opisane, między Wsią Babyską, a Kuleszycami leżące, ze wszytkiemi Budynkami, Łąkami, polami, rolami, pastwiskami, wypustem, wolnym brzegiem w rzece Dnieſtrowskiey, y innemi wszytkiemi do tych gruntow przynależytościami, Obszarami według Granic w Consensie Vrodzonego Kasztellana Małogoskiego Administratora Oeconomicy Samborskiey opisanych, tak iako Antecessorowie ich trzymali, onym też trzymać y zażywać spokoynie, ato aż do ostatniego życia swego dzierżu. Względem ktorych Gruntow dożywotniego trzymania, y używania powinni będą, ciż Lachorscy małżonkowie, y Syn ich Paweł, Prouent należyty do Zamku Naszego Samborskiego, po złotych Dwanaście Polskich na Swiętego Marcina Biskupa, każdego Roku płacić y oddawać, tak iako Antecessorowie ich płacili y oddawali, Obiecuiemy też za Nas, y Naiaśnieyszych Następcow wyżey mianowanych Lachorskich Małżonkow, y Syna ich Pawła, od używania y Spolney Gruntow pomienionych Possessiey nieoddalemy, y nikomu do oddalenia władzy niedamy, ale ich y każdego zasobna przy Prawie dożywotnym zachowamy. Prawa Nasze Koronskie Rzpltey y Kościoła Katholickiego w całe zachowuiąc. Naco dla lepszey Wiary ręką się Naszą podpisawszy, Pieczęć Koronną przycisnąć roskazaliśmy. Dan w Warszawie Dnia XIV Miesiąca Kwietnia. Roku Pańskiego M D C L X VII. Panowania Krolestwa naszych Polskiego y Szwedzkiego XIX Roku. Ian Kazimierz Krol. Mieysce Pieczęci Wielkiey Koronney. X. Jan Rozycki Proborscz Gnieznieński Opat Mogilnicki Pisarz Skarbu Koronnego.

Consensus cedendi de Scultetia in Villa Lubowla. Nobili Białoßewicz

in persona Gnosi Andreæ Mor. Lubowski.

Ioannes Casimirus etc. Significamus &c.

Quod cum in animum suum induxißet Nobilis Baltazar Białoßewicz Oriundus dictus Jure suo quod ipsi super Scultetiam in Villa Nostra Nowa Iiblow seu Lubowla per Cessionem sibi eiusdem Iuris, à Nobili Laurentio Felciety vigore Consensus Nostri, de data Varsauiæ die Vigesima Nona mensis Decembris Anni Millesimi Sexcentesimi Quinquagesimi fausti competit cedere & condescendere, illudq; totum & integrum Ius in personam Egregij Andreæ Morsztynski, & Successorum eius legitimorum transferre et transfundere. Nos igitur tam ipsius Laurenty Białoßewicz Meritorum Summa fidelitate et obsequio, in Arce sinitima Nostra Lubowla, tam Serenißimo Diuæ memoriæ, Vladislao Quarto fratri, et Antecessori nostro charißimo, quam nobis metipsis ac Reipubl. hisce grassantium horum temporibus præßitorum, nec non eiusdem Gnosi Andreæ Morsztynski constantis erga Nos benemerendi Studij rationem condignam habentes, consentiendum, in eiusmodi

Cessionem esse duximus, vti praesentibus literis nostris consentimus, ac facultatem eig cum Actis quibuscunq; Authenticis Regni nostri recognoscend permittimus, & subinde, ratamq; et gratam posteà quam facta et recognita fuerit, habituri sumus. Vigore cuius Cessionis & nostrig Consensus nostri, praedictus Gnosùs Andreas Morstkowski, et eius Successóres vltimi, memoratam Scultetiam in Villa Nostra Nowa Lubowla, tenebunt, habebunt, et eandem pleno Iure iuxta Priuilegia Iura, et consuetudines eiusdem possidebunt, Iuribus nostris Regalibus Reipubcæ, Ecclesiq; Catholicæ Romanæ saluis. Quod omnibus et singulis quorum interest, praesertim vero Gnóso Stanislao Comiti in Wisenic Iaroslaw Lubomirski, Scepusiensi Capitaneo Nostro moderno, et pro tempore existentibus, notum esse volentes mandamus, vt post subsecutam eiusmodi Cessionem, praefatum Gnosum Andream Marskowski, vnâ cum Successoribús suis legitimis, eiusdem Scultetiæ in Villa Nostra Noua Lubowla, verum, legitimum, ac indubitatum Possessorem, Scultetumq; Nostrum agnoscant, ipsiq; et eius Successoribus legitimis, de omnibus Iuribus, obuentionibus, & emolumentis, quæ eundem Scultetum concernunt cedere, et respondere faciant. In cuius rei fidem praesentes manu Nostrâ subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsauiæ Die IIa Mensis Octobris Anno Domini MDCLXVII. Regnorum Nostrorú Poloniæ & Sueciæ XIX Anno. Ioannes Casimirus Rex. Locus Sigilli Maioris Cancellariæ Regni. Christophorus Michael Rupniowski Tribunus Palatinatus Cracouiensis, Capitaneus Lelouiensis mpa.

Facultas Nundinarum Oppi: do Zarki conceditur.

Ioannes Casimirus &c. Significamus &c. &c.

J. M.

Quod licet pro gratia Nostra Regia, libenter per omnem occasionem, et tempus Subditorum Nostrorum, rationes & vtilitates promouere cupiamus, id tamen his praecipuè temporibus faciendum Nobis est, quibus omnes ferè Subditi nostri ab hostibus aggrauati et exhausti sunt. Quapropter vt eo maiora in dies fortunarum incrementa sumere, acciisiq; rebus suis consulere facilius possint, haud grauatim, dedimus id petitioni, & singularibq; meritis, Generosi Alberti Męcinski Succamerary Vielunens. multum de nobis, & Republicâ emeriti Ciuis, vt in Oppido Zarki hereditario illius Mercaturas et Nundinas concederemus et institueremus, prout guidem concedimus et instituimus hisce literis nostris. Primas guidem pro Die Dominico, post Festum Sancti Egrdy proximo, Secundas pro Die Dominico, post Festum Sanctorum Simonis et Iudæ Apostolorum proximo. Tertias verò pro Dominica Secunda Quadragesimæ Reminiscere, singulis annis perpetuò et in æuum celebrandas. Pro guibus guidem Nundinis et Mercatibus, liberum esse volumus, omnibus cuiuscunq; nationis, et conditionis hominibus, Mercatoribus negotiatoribus, et Artificibus, cum rebus, pecoribus, pecudibus et mercibus, siue ad victum Siue ad negotiationem venire, in eis

in eisq; quæ illis Visa fuerint emere et euendere, negotiariq; merces pro mercibus commutare, et alia omnia negotia licita et honesta, peragere et tractare, perficere, omnibusq; eo venientibus, tutus et liber aditus patere, debet, nisi forte tales aligui fuerint, quos Iura publica fouere non permittens, et quibus Iure merito adimi esset denegandus; Cū mercibus autem et rebus quibuscunq; adductis, tàm Nundinarum, quam & Mercatuum, diebus, Foralia, iuxta Consuetudinem et morem, in cæteris Regni Nostri Ciuitatibus & Oppidis, obseruari solitum ab hominibus tunc confluentibus, ratione Mercium exigenda erunt. Ita tamen vt id fiat citra Præiudicium Vicinarum Ciuitatum & Oppidorum; In cuius rei fidem manu Nostra subscripsimus Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsauiæ, in Comitiis Regni Generalibus, die XI^a. Mensis Aprilis. Anno Dñi M D C L X V II. Regnorum Nostrorum Poloniæ et Sueciæ XIX Anno. Ioannes Casimirus Rex. Locus Sigilli pensilis. Spytek de Buzenin Pstrokonski. Succamerarius Brestensis. Regens Maioris Cancellariæ Regni.

Ordinatio S. R. Mtis circa Tutellam Pupillorum, in Ciuitate Varsauien obseruanda.

Con.

Ioannes Casimirus. &c. Significamus &c &c.

Ex.

Quia Nos Ciuitatem Nostram Varsauiensem, Ornamentum & munimentum totius Masouiæ primarium, optimis legibus, institutisq; salutaribus, quàm instructissimam & maximè munitam, sub felici Regimine Nostro habere volentes, vtq; in dies maiora incrementa, non tantùm in emolumentis & commodis rerum domesticarum, sed etiam in moribus et vita Ciuili accipiat, maturè prouidere cupientes, desideria eius salutaria, et instituta laudabilia augere & promouere nunquam intermisimus. Cùm verò tàm ex querelis Magistratus Ciuitatis eiusdem frequenter apud Nos depositis, quàm et Causis Actionibusq; variis, ad Iudicia Nostra devolutis probè intellexissemus, Tutores Pupillorum quoscunq;, nimirum Testamentarios legitimos et Datiuos in Ciuitate Varsauien, non iuxta Præsentium Iurium ac Legum communium, tàm in institutione, educationeq; ipsorum Pupillorum, quàm in dispositione, Administrationeq; Bonorum Pupillarium se se gerere, ac procedere, verùm præua quâdam consuetudine & inueterato more pro lege recepto Tutorum memoratorum. Alios quidem institutione, educationeq; Pupillorum penitùs neglectâ, vel etiam perperam, et iniuriosè adhibitâ et procuratâ, ipsos pupillos, neq; bonis moribus, neq; disciplinis, conditioni & Statui cuiuslibet conuenientibus instruere ac instituere, satagere, sed eos, cum Summo periculo corporum, animarumq; arbitrio suo relinquere, vnde ob defectum & neglectum primeua institutionis, etas lubrica, & in vitium ea prona, in iuuenes immorigeros, discolos, ac peruicaces postea verò et in Ciues sibi totiq; Ciuitati

pernicioſos degenerat. Tales enim ſiues quælibet Respublica ſortitur, quales in tenerioribus te formauit ſibi, & quodam modo genuit. Alios autem Tutores Bona pupillaria non iuxta cuiuscunq; gentiam Legum, ſed pro libitu ſuo adminiſtrare & diſponere, ita vt frequenter Pupilli Patrimoniis ſuis euoluti, bonisq; hæreditarijs variis artibus Tutorum exuti, innata Succeßione priuentur, vel etiam cum Tutoribus ſucco Pupillari ſaginatis, ac ditatis, ipſi Conſilij ac peculij inopes, in lites exosas deſcendere, in iisq; reliquum ætatis, ac Patrimony conſumere cogantur, nonnulli litibus neceßarijs ab incunte ætate aßueti, non neceßarijs, etiam grandiores facti, ſeſe implicant. Vitiligatoreſq; notabiles, non modo litigatores euadunt. Quorum omnium malorum infinitam ſeriem, ex vnico fonte, ſiniſtra nimirum inſtitutionis, perſonarum Pupillarium, inordinataq; Adminiſtrationis bonorum eorundem promanare. Nos ex plenitudine poteſtatis Noſtræ Regiæ, ſuper omnes Ciuitates Regni, & Incolas ipſius debita, motu et Authe Noſtra Regiâ præſenti diplomate in vim Priuilegij perpetui et ordinationis irreuocabilis, de ſcitu & expreßa voluntate Noſtrâ, ex Cancellaria Regni eidem Ciuitati Varſauienſi tradito, obuiandum eè cenſuimus, et inprimis aduertentes, illamq; in Radice ipſa ſcidere volentes, hanc perpetuam, etnunquam violabilem Ordinationem Nram circa Tutellam pupillorum, quorum præcipuè cura, ad Nos, tanquàm Supremum Omnium Orphanorum in Regno hoc exntium Tutorem pertinet, in Ciuitate Varſauienſ. per omnes obſeruari, manu teneri adimpleri, per Magiſtratum autem Conſularem ſeriò exegui volumus, mandamus, ac percipimus, videlicet vt cuiuslibet Anni, quolibet Priuilegiato Electionis Officialium ſimilis die, emedio Magiſtratus, Duo Conſules in Patronos Pupillorum, & Quæſtores Inſpectores, ac Cenſores Tutorum, cuiuſlibet conditionis, Status, ac Nationis exntium, per eundem Magiſtratum Conſularem Varſauienſ perpetuis temporibus, eligantur nominentur, & Faſtis Electionis inſcribantur. Quibus quidem Duum Viris, per Magiſtratum modo ſupradicto, electis ac conſtitutis, plenam poteſtatem, et omnimodam facultatem, damus, tribuimus, ac de plenitudine poteſtatis Noſtræ Regiæ concedimus, Pupillos cuiuſcunq; Status, conditionis, ac nationis fuerint Magiſtratui præſentandi, Tutores illis in defectu naturalium, & Teſtamentariorum, ex ſuis idoneis, & ſufficienter poßonatis, eligendi nominandi abeodemq; Magiſtratu approbationem, illorum impetrandi, refractarios, & ſine legitimâ Juris causa, munia Tutelæ detrectantes, panalibus etiam Decretis, ad acceptandam Tutoriam cogendi, & vnâ cum Magiſtratu compellendi, Inuentarijs Bonorum Mobilium, & immobilium, (a quibus omnis Tutela ſumere debet exordium) per Tutores conficiendis, vt integre bona ſide conficiantur, curam & præſentiam Suam adhibendi: confectis verò, et in aliquo Inuentarijs defectuosis contradicendi. Iuramenta ſuper veritate Inuentariorum præſtanda auſcultandi, vel ex cauſa pietatis & reuerentiæ, Parentibq; & arcto ſanguine iunctis ad Annos perfectæ ætatis Pupillorum (ſi ita Magiſtratui viſum fuerit:) differendi, Bona mobilia cor-

ruptioni

corruptioni obnoxia Taxa et hastæ subyciendi, Summas pecuniarias, tam ex diuenditio
ne mobilium corrasas, quam paratas, nec non Bona solo fixa Pupillorum, in meliorem Condi
tionem pupillarem locandi, disponendi, administrand convertend vtq Pupilli Institutionem chri
stianam, tam in probis moribus, quam & disciplinis Conditioni suæ congruentibus, nec non Edu
cationem decentem, & viribus peculy sui æquipollentem a Tutoribus suis habeant, curam et dili.
gentiam adhibendi procurandiq rationes ac Calculos Administrationis bonorum Pupillarium,
quotannis a Tutoribus excipiendi, audiendi, auscultandq, defectus illorum, et prauam Admini
strationem Bonorum Pupillarium Magistratui deferendi, Suspectos & damnosos Tutores, a
Munere Tutoriali amouendi, aliosq magis idoneos, in locum illorum Substituendi, aliaq omnia
quamuis hic non expressa pro expressis haberi volentes, quæcunq in rem commodum conducen
nemq meliorem Pupillorum visa fuerint, agendi faciendi, determinandi. Porro Magistratui
Consulari Varsauiensi serio mandamus, vt causas, actionesq omnes pupillares Processu Summa:
rio, & compendioso, sine dilationibus, Exceptionibusq quibuscuis de plano cognoscat, & sine
figura Ordinary Processus, decidat, iudicet, ac determinet. Parcendoq Sumptibus & im:
pensis Pupillaribus, appellationem non nisi a Sententiâ definitiuâ admittat. Secùs pro
gratiâ Nostrâ Regiâ ex debito Officiorum Suorum, & metu Legis Subsidiariæ non
facturus. In quorum fidem Præsentes manu nostrâ Subscras, Sigillo Regni communiri iussi.
mus. Dabantur Varsauiæ in Comitiis Regni Generalibus. Die xx xª Mensis De.
cembris. Anno Dñi MDCLXVI. Regnorum Nostrorum Poloniæ & Sueciæ
XVIII. Anno. Ioannes Casimirus Rex. Locus Sigilli Maioris Cancellariæ Regni

Rescriptum Tutoriæ ad No:
bilem & Spectem Magistrum Ciuitatis
Antiquæ Varsauiæ pro assignandis
Tutoribus Liberis olim Nobis Simonis
Stanicwicz & Cæciliæ Coniugum.

Ioannes Casimirus &c. Significamus &c.

Nobilibus & Spectabilibus Proconsuli Aduocato. Consulibus totiq Magistratui Ciuita vtp.
tis Nostræ Antiquæ Varsauiæ fidelibus nobis dilectis, gratiam Nostram Regiam. Nobiles
& Spectabiles Fideles nobis Dilecti. Licet quidem minimè dubitemus Fidelitatem Vrãs
pro munere & nexu Iuramentorum Super Officia Tutorum, legisq Subsidiariæ memores
Minorennibus Pupillis, post fata olim Nobilis Simonis Andreæ Staniewicz Vice Instigatoris

Magni Ducatus Lithuaniæ Collega Consulari Fidelitatę Vrarum, adhærendo Decreto
Nostro, inter Fidelitatę Vrás & Communitatem, nuperrime ex Solennissima Partium contro:
uersia prolato, de Tutoribus idoneis, ciuibus scilicet bene Possonatis, & Jurisdictioni ciuili
obseguentibus prouidere velle. Nihilominus & Nos vti Supremus, omnium Pupillorum Patro
nus, indemnitati Pupillari vtriusq; Matrimony consulere cupientes, ac omnino obuiare tempe
stiuè (ne Substantia eiusdem Nlis Staniewicz Officialis Nostri negligentia aliqua dilapide.
tur, ac distrahatur) volentes Fidelitatę Vrás perEstntés Rescripti Nostri literas monendas esse
duximus, vti guidem monemus, ac insimul mandamus. Quatenus Fidel. Vrę alios et sponsuos
Pudica Constantię, primo voto ex olim Nobili Marianna Koprkowna, progenita filia,
cui Vigore Juris Culmensis potissima Bonorum Pars. Jure Succonis post vtrosq; Parentes deberur;
Alios verò filiis & filię Josepho Casimiro & Anna posthuma in Secundo Matrimonio cum olim
Nobili Cecilia Gizanka, nuper vita functa procreates, Tutores itidem ciues bene Possessionatos
Juratos nullisq; debitis obæratos, sinè morâ aut procrastinatione assignent, et addant, cu:
ramq; & administrationem Pupillorum ac Bonorum seriam committant. Quoniam verò
defuncta Nobilis Cecilia Gizanka Staniewiczowa extant Tutores germani, ac consegue:
ter naturales Tutores trium liberorum in Secundo Matrimonio, ex sorore suâ susceptorum
sunt & de Jure censeri debent; ipsi autem Domicilia sua alibi non sub Jurisdictione
Fidelitatum Vestrarum (cui Bona Pupillaria subsunt) fixerunt, nec Jurisdictioni
Varsauiensi parere tenentur, præsertim ex officio Personarum suarum. Proinde
declarandum hoc in Passu duximus declaramusq; quatenus ydem ipsi Fra:
tres Naturales Tutores huic Tutellæ attendant, cum Tutoribus de Prouisione commodo,
& integritate Bonorum, pro sorte et interesse liberorum Trium, in posteriori connubio
progenitorum concernentium consulant, vtq; a Tutoribus additis ciuibus Varsauien
Possonatis Bona immobilia ritè ac debitè administrentur. Ipsi Pupilli honestè & decenter
educentur, alianturq; attendant, aduertant. Casu verò alicuius negligentię, aut non recte Ad
ministraonis Bonorū Fid. Vrís (quibus Cura & sollicitudo Bonorum Pupillariuo in suritatē Sūc
cessuum suprema de Jure competit) ydem Frés Tutores naturales deferant, et pro exigentiā
vti hoc in passu, ab officio Fidel: Vrarum decernatur, ac præcaueatur. Porro vt hæc oia quan
tocius ineffectum deducantur. Bonaq; Pupillaria in Statu Bono constituantur deputamq;
assignamus, damusq; pro hac vice Gnosum Stephanum Hankiewic Secretariū Nrū Decretorumq;
Nostrorum Wolhyniæ Notarium, ac Actorum Metrices Regni Cancellariæ
Præfectum, qui una cum Gnosō Jacobo Gyz Rotsmagro Nrō pronunc Varsauiæ
præsenti, et aliis p mortua nuper Nlis Cecilia Gizanka Fratribus, si qui aderunt
Ptes.

præsentes, captato opportuno tempore, idq; sine morâ, post Sepulturam absolutam, conueniant, Tuto
res omnes, tàm prioris, quàm Secundi Matrimony Liberorum, per Fid: Vras, ex Ciuibus Varsauien assi
gnatos, ad sui præsentiam inuitent, & conuocent: vtq; i bidem Tutores, Bona mobilia conscribant,
pro sorte vnius cuiusq; Matrimony Pupillis, assignent, diuidant, etsi videbitur corruptioni obno:
xia præuiâ Taxâ diuendant, pecuniam corrasam distribuant, et educationi Pupillari, ac meliora:
tioni Bonorum stantium applicent: Bona autem immobilia connotent, si facilè in Stipes
diuidi possunt, iuxta Ius Culmense diuidant, sin minùs ad annos competentes Diuisionem
hanc differant; interim vt ex ijdem bonis stantibus omnibus, fructus, ac Prouentus debiti
currere possint, ordinant; neue Bona omnia Pupillaria sterilescant, præcustodiant, illaq;
aut ipsi administrent, aut persona alicui, contractu roborato ad certum tempus præsertim,
plus offerenti, arendent. A diuenditione, oppignoratione, seu obligatione, vel quâuis alie.
natione Bonorum, in Vniuersum omnium, præcipuè stantium, Solo fixorum, omnino abstine:
ant et alienare præsertim absq; scitu Consensu et Decreto Fid: Vrarũ / quæ non nisi summa
et extrema necessitate subsequi debent / non audeãnt, imò ea omnia sarta, tectaq; conser:
uent. Et alia ad tutellam rectam, administraonemq; Bonorum Pupillarium fidam spec:
tant / expediant, quibus constitutis, ordinatis, non modò dictis Tutoribus Naturalibus,
verùm & ipsis Fid: Vris attendentiam, animadversionemq;, curam, sollicitudinem, & omnem
diligentiam, ex officio, & lege subsidiariâ, debitam, committimus. Datum Varsauiæ
die XV Mensis Aprilis. Anno Domini MDCLXVII. Regnorum Nostrorum
Poloniæ & Sueciæ XIX Anno. Ioannes Casimirus Rex. Locus Sigilli Maioris
Cancellary Regni. Rogatianus de Bugeniis Pstrokonski, Succamerarius Brestensis
Cujaniæ. Regens Maioris Cancellariæ Regni.

Actum Varsauiæ sub Tempus.
Comitiorum Regni Generalium
Feriâ sextâ post Dominicam
Misericordiæ proxima die 29
Mensis Aprilis Anno Dñi 1667.

Com.

Ad Relationẽ Illmi & Magci Dñi Ioannis Comitis a Lesno Leszczynski Supre.
mi Regni Cancellary Maioris Poloniæ Gralis Marienburgen Starostæ Capitanei.

Skarbnikostwo Wolynskie po Vrodzonym Mussatycu,
Ochlopowskim, Vrodz Stanislawowi Lupniowskiemu Zdmos.

Jan Kazimierz etc. Oznaymuiemy. &c.
Iedyny im rest do wszelkich Cnot, y Mestwa powab, gdy Krolowie, y Monarchowie zawsze

wſpiczey Walecznych Mężow Dzieła, y krwawe Marſowe ich Zaſługi, pamięci zawiera ią, y one wiencem godności Państwa Swego, z dobroczynney łaſki swey, ochotnie koronuią. Takim ał: bowiem Cnota zachęcona oblowem, wſpaniałły animuſz, czuyniey ſſą pilność, męznieyſſe, y od: ważnieyſſe, na wſſelkie fortuny ictus, częſtokroć w ćźku ſprawnie ſerce. Dlaczego My wiadome maiąc Dzieła woienne, y ochotne zaſzły Vrodzonego Stanisława Rupniowskiego, za całość Ma: iestatu naſzego y Rzpltey, w rożnych Expedicyach pod Vſarskiemi Chorągwiami, z vſczyr: bkiem zdrowia, y z Stratą Subſtancyey swoiey, wiernie y ſtatecznie częſtokroć, w oczach Na: ſſych wyſwiadczone, onemu wakuiące naten czas, po Smierci Vrodzonego - - - Mu: ſſatyca Ochłopowskiego, Skarbnikoſtwo Wołhyńſkie, dać y conferować vmyſliliſmy; iakoſſ' da: iemy y conferuiemy, niniey ſſym liſtem naſzym, ktore oni ze wſſytkiemi Prawami, godnościami, Prærogatywami, y wſzytkiemi inſſemi przynależytościami, do tego Vrzędu przyworſtemi, trzymać w Poſſeſſyey swoiey mieć, y zażywać do oſtatniego Kreſu, życia swego, albo do wyżſſego Vrzę du, y godności doſtąpienia będzie. Co do wiadomości wſſytkich Dygnitarzow, Vrzędnikow, y Stanu Rycerſkiego Woiewodztwa Wołyńſkiego ludzi podaiąc, roſkazuiemy aby pomienio: nego Vrodzonego Stanisława Rupniowſkiego, nam dobrze y Rzpltey zaſłużonego, za praw: dziwego Skarbnika Woiewodztwa Swego Wołyńskiego mieli, znali, y onemu z mieyſca, Prawa, Prærogatywy, y wſſytkich do tego Vrzędu powinnościach należytych, doſyć czynili. Dla tego: ſki naſzey. Na co dla lepſſey wiary tego naſzą Królewſką podpiſaliſmy ſię y Pieczęć Koron: ną przyciſnąć roſkazaliſmy. Dan w Warſzawie, dnia Dwudzieſtego ſioſtego Mieſiąca Marca. Roku Pańſkiego MDCLXVII. Panowania Krolеſtw naſzych Polſkiego, y ſzwedz kiego XIX Roku. Jan Kazimierz Król. Mieyſce Pieczęci Wielkiey Koronney. Krzyſtof Michał Rupniowſki Woyſki Wdztwa Krakowſkiego. Starosta Lelowſkim.

Nundinæ in Villâ Iuchnowiec dicta in Paltú Podlachiæ sitæ instituunt.

Ioannes Casimirus etc. Significamus etc.

Cum ea insimul à Deo Præpotenti curæ Nostræ tradita sint, vt non modò Viros de Nobis, et Patria meritos, fauore Nostro Regio complecterremur, verùm etiam et omnium Ecclesiæ Dei Ministrorum rationibus, quantùm in Nobis fieri posset prospiceremus, munificentiaq; Nostra Regiâ adesse Studeremus. Proindè ad Supplicationem certorum Consiliariorum Nostrorum, ad Quos lateri Nostro adhærentium, apud Nos, Venerabilis Alberti Ludouici Orzeſko Parochi Iuchnowienſ. Viri, quâ generis claritudine, quâ vitæ Sanctimoniâ, ac aſſiduis circa Ecclesiam laboribus, optimè commendati nomine factam, eoq; potiſſimum atten

zanensis, Virtutis, prudentia, fidei ac dextevitatis Sua, per multas Vari-
asq occasiones, Nobi, Bonoq publico præbuevit Specimina, eundem omni fa-
uoris Nri Regij dignum censuimus argumento, Ipsumq in numerum Inti-
morum et realium Secretariorum Nrorum referendum, assumendum, et coo-
ptandum esse duximus; prouti de expressa Scientia Nra referimus, assumi-
mus, et cooptamus per præsentes. Ipsumq abhinc Vti realem et Actualem

Secre-

Secretarium Nrum, quasuis functiones sibi commissas expedire ac peragere posse declaramus hisce Lris Nris. Omnibus insuper immunitatibus, prærogatiuis, Libertatibus, quibus alij Reales et Intimi Secretarij Nri Gtuntur, frui semper et gaudere debere Vbiq; Volumus. Quod qbus et singulis quor invest, Gsertim Dignitarijs, Officialibus, Marschalcis Regni et Magni Ducatus Lith. Curiaq; Nra Instrum facientes, Requirimus, Vt abhinc præ: recensitum Grosum. ? . . . . ? Zaczyński Venatorem Terræ Ro: zanen, pro Vero, Reali et Intimo Secretario Nro habeant et agnoscant, ipsu circa qmissas et alias oes prærogatiuas ac Libertates de Iure vel Consuetu: dine ad hoc Munus pertinentes conseruent et manu teneant conseruarq; et manu tenerj curent. Pro qrâ Nrâ. In cuius rei fidem Gsentes manu Nrâ Subscriptas, Sigillo Regni communiri iussimus. Datt Varsauiæ Die XVIa Mensis Junij Anno Dni MDCLXVIII° Regnor Nrorum Polon et Sue cie XX Anno. Joannes Casimirus Rex Locus Sigilli Jovis Caritts Re gni Steptis Harkieric Secis Reg Mtis.

Libertas à gerendo Magratu Sbti Joan. Czernek.

Joannes Casimirus &c Significamus &c. Exposuim Nobis esse per certos Consilia: rios Nros ad Gsens Latere Nro adhærentes, nomine Sbtis Joannis Czernek Con: sulis Prasnijsien. Ipsum, ob prouectam ætatem, curisq; publicis ciuilibus, re: troactis annis, Valetudinem debilitatam: Tum ob attritas ejs incuriâ temporum fortunas, amplius ad gerendum Consulis Magratum, non esse aptum, habilem ac Sufficientem. Supplicatumq; Nobis Nrâ pro eo, quatenus hoc in passu, prouide: re ipsi ex benignitate Nra dignaremur. Proinde Nos Gfata Supplicationi annuen, ac ea potissimum consideratione habitâ quod Sola Senectus durum Sat mortalibus onus est, et quod cum omni querela Gerire Solet; faciën: dum Nobis non illiberalj esse duximus. Vt Gfatum Sbtem Joannem Czernek Consulem Prasnijsien, quo ei altiori tranquillitate ac beatiori pace reliquum Vitæ Suæ cursum perficere queat, à gerendo Magratu Consulis, et alius alterius cuiusuis Officij seu Magistratus Ciuilis Prasnijsien. Liberum, immunem, et

ab.

absolutum faceremus; prout quidem per ꝓsentes ex plenitudine potestatis Nrâ Regia, Usq; ad extrema eius vitæ tempora Liberamus, absoluimus, et immunem authovitate Nra Regia reddimus atq; facimus. Quod ad restitiam oium quoꝝ interest, ꝓsertim Vero Grossi Capnei Nri Pramysliens, atq; etiam Movatis, Scabinoꝝ, Communitatis et totius Civitatis Nrâ Pramysliens deducẽ mandamus, ne Sæpe dictum Spitkem Joannem Zernek ad obeundum Consulatûs munus, aut quoduis aliud Civile Pramysliens Officiũ cogant et compellant, quin imò Liberum abhinc et immunem hac in parte, inhærendo hisce Literis Nris, faciant Non secùs quicquam attentaturi. Pro grâ Nrâ. In quorum fidem ꝓsentes manu Nra Subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datt Varsauiæ Die XVI^a Mensis Junij. Anno Dñi MDCLXVIII^o Regnoꝝ Nrorum Poloniæ et Sueciæ XX Anno. Joannes Casimirus Rex. Locus Sigilli Pendentis Cancellariæ Regni. Steph^s Hankiewic Secus Reg^s Mandatis.

Actum Varsauiæ Sabbatho Pridie Festi Nativitatis S. Joan. Baptæ Die 23 Mens Junij Anno Dñi 1668

Ad Relationem Illustris et Magci Dñi Joannis Comitis de Lerzno Supremi Regni Cancellarij Majorit Polon Gralis Marschalci ut Capnei.

Libera Incisio arbor Koss

Joannes Casimirus &c. Significamus &c. Quemadmodum nihil est præstantius Virtute, ita nullum ei par præmium potest assignari ꝓter immortalitatis encomium. Cum eam tamen natura hominibus indidit propensionem, Ut maiore cum alacritate Virtutes amplectantur et exerceant, imò et ad maxime ardua prouocentur facilliùs, præmiati. Proinde et Nos optimè cuiuslibet Singularibus in Nos Dominũq; Nrum Regiam ac totam Rempubcam constanter et fideliter plurimis ab annis, præstitis meritis

Grossi

Groß Joannis Kos Ostrolecen Capreï Nvi Vexilliferi Culmensis, Instini Culiculi Nvi Familiaris, cupientesq; ea, munificentia Nva quam Obseruime rependere, consentaneum Nobis esse duximus faciendum, quatenus eidem Groß Joanni Kos, Consensum Nvum praberemus: Vti quidem prabemus et permittimus per presentes, Liberam Incisionem arborum cuiuscuis generis, in Silvis Capreatus Nvi Ostrolecen Tenuta ips, prapparationemq; ex iisdem arboribus Mercium Syluestrium tam Cisrenum, quam Secamentorum cuiuscunq; quantitatis: Vulgo Potasz, Szmalcuga, Klepki Hollenderskie yi Francuskie, Waraczos, Dijski, Combrowizna, nuncupatarum et aliarum quarumuis. Idq; ad Spatium Decem Annorum. Ita tamen Vt prafata Excisio fiat sine damno notabili Syluarum Nvarum. Quod ad notitiam omnium quorum interest Oseruim Syluarii Capreatus Ostrolecen Custodum, Tum et Administratorum Notariorum quorumuis Reg. Thelonearium, deducentes, mandamus: Vt Dictum Grosum Joannem Kos Capreum Nvum Ostrolecen, Vexilliferum Culmen: si in incidendis arboribus cuiuscunq; generis, in sapedictis Syluis Ostrolecen, prapparandisq; ex iisdem arboribus, Mercibus Syluestribus quibusuis, ac Oseruim Supra Specificatis non intervenient neq; impediant, quin imo eisdem circa hanc Concessionem Nvam libere et integre manere patiantur et Sinant. Pro gratia Nva. In quorum fidem Presentes manu Nva Subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datt Varsauia Die XVIII Mensis Junij Anno Dni MD. CLXVIII Regnor Nvorum Poloniæ et Sueciæ XX Anno. Joannes Casimirus Rex Locus Sigilli Joannes Caritia Regni. Rogatianus de Buzenin Psorkonski Regens Joannis Cancellis Regni Supremus Brevi Curiamq;.

Liteva ab Illmo Dño Cancllo R. Polónia ad Vesijrum Regis Peysarum.

Illustrissime et Excellentie Princeps
Domine et Amice Obseruandissime.

rep.

Post exactum Pacis negotium et auspice Deo Optimo Maximo firmatas
cum Magno Moschorum Duce Iuramento Indutias, cum Sacra Regia Mtas
Dominus Meus Clementissimus ad Serenissimum Principem Dnum Soltan
Sciach Seffi OHan Persarum, Medorum aliarumq; multarum Gentium
Regem Amicum suum Charissimum, Grosum Dnum Bogdanum Gurdzi
Rothmagrum et Aulicum Suum, renouanda Veteris Amicitia et propagan-
dorum Utriusq; Dominij per Conseruationem Amicitia cum Magno Mo-
schorum Duce et instituenda inter Subditos commercia, commodorum stu-
dio mittat: Meorum quoq; Patrum duxi, officiosa mea, Illustritatem
Vram cum plena retintegrati amoris et benevolentia significatione, com-
pellare Epistola, peramanter inquirendo, Vt quod Magnorum Regum et
Monarcharum Vestrum in nouo est, confirmato erga me Vestrum et Do-
minia Regni Polonia Sacra Regia Mtis Dni mei Clementissimi, benevo-
lo affectu et mutua propensionis ac correspondentia redintegrato nexu,
negotium hoc Utriusq; Magnorum Regum Dominijs proficuum studio et
opera sua promouere ad effectum, atq; omnibus hinc expendis, cum
quo celerius prominatus Grosus Dnus Rothmagister et Aulicus Sac. Regis
Mtis Dni Mei Clementissimi in Regnum Poloniae remigrare possit, au
thoritate sua Vestriali prodesse velit. Factura est Illustritas Vra
hoc benevolentia genus, non solum Magnis Monarchis et Principibus
Regnum, sed etiam pro ipsorum interesse et commodo proficuum. Cui de
vel Regus, prospervimos verum Successus et bonam a Deo incolumitatem
ex animo precor. Dabantur in Vrbe Regia Varsauia Die XIV Men-
sis Aprilis. Anno a Natiuitate Dni Mri Iesu Chri Dei et Saluatoris
Mundi Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Octauo. Illustritatis Vrae.
Benevolus Amicus. Joannes Comes de Leszno Leszczyński, Supremus
in Regno Poloniae Cancellarius, Maioris Poloniae Gralis Praefectus, manu
propria.

Literae ab Illmo Dño

Cancell
dz
Illustrissimo Pr
gi Gurdzium
chowsi Dicbo
Hereditario Do
Leszczyński Sere
aris Casimiri
gis Magni Du
gni Regnis et
Poloniae Genera
stationem. Illu
initas cum Ma
gia Mtas Dom
rissimus Princeps
et aliarum multa
sime, hucusq; Sac
num Gurdzi Au
Qui cum per Dei
successum habeat,
gno Poloniae Princi
transitum, praestare
etiam pro Jure Gen
quo celerius commo
migrare possit, pro
Sacra Reg Mtis Dn
hanc Vicini experien
Illustritati Vrae pollica
et Longaeuam Domin
Deus Optimus Maximus

Cancllo B.P. ad Principem Gurdziorum in Persia.

Illustrissimo Principi Domino Soltan Sciach Nauas Chan Principi Gurdziorum Muchvanensi Seevystouensi, Sabartijarouensi, Kachecensi Didoecensi, Chosurecensi, Pszaueeti et aliarum Terrarum Hæreditario Domino et Amico Charissimo. Joannes Comes de Leszno Leszczyński Serenissimi ac Potentissimi Principis et Domini Domini Joannis Casimiri Dei gratiâ Poloniæ Sueciæ Gothiæ Vandaliæq; Regis Magni Ducis Lithuaniæ et aliarum multarum Provinciarum Magni Principis et Dni. Supremus in Regno Poloniæ Cancellarius Majoris Poloniæ Generalis Præfectus Salutem et Amicitiæ ac Officiorum contestationem. Illustrissime Princeps Dne et Amice Charissime. Postquam initas cum Magno Moschorum Duce Pacis Inducias, mittit Sacra Regia Mtas Dominus Meus Clementissimus, ad conservandam cum Serenissimo Principe Domino Soltan Sciach Seffi Chan Persarum Medorum et aliarum multarum Gentium Magno Rege Dno et Amico Suo Charissimo, hucusq; Sacrosancte cultam Amicitiam, Generosum Dnum Bogdanum Gurdzi Aulicum Rothmagistrum bene meritum et Ablegatum Suum. Qui cum per Ditiones Illtatis Vestræ ad destinatum locum iter prosequi necessum habeat, interpellandam Illtatem Vram Vti Amicum semper Regno Poloniæ Principem duxi, quatenus illi non solum liberum aditum et transitum, præstare, per quascunq; Ditionum Suarum loca profecturo, sed etiam pro Jure Gentium, benevolentiam et humanitatem contestari, et quo celerius commissi muneris functione peractâ, in Regnum Poloniæ remigrare possit, præsto esse velit. Agnitum vicissim Illtas Vra, à Sacra Reg Mtè Dno Meo Clementissimo, ea quæ Amici Principes et boni Vicini experiuntur propensissima benevolentiæ argumenta. Quam Illtati Vræ pollicendo, eidem Officiorum meorum addictionem defero et Longævam Dominiorum gubernationem ac felicissimos Successus à Deo Optimo Maximo ingeminè precor. Datæ in Vrbe Regia Varsaviæ Die

XIII

XIII Mensis Aprilis Anno à Natiuitate Dñi Nri Iesu Chri Dei et Saluatovis Mundi Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Octauo. Eius-dem Illustritatis Vestrae. beneuolus Amicus Ioannes Comes de Leszno Leszczyński Supremus in Regno Poloniae Cancellarius Maioris Poloniae Supremus Praefectus. manu propria.

Nundinae in Oppido Biała.

Cor. mg. Ioannes Casimirus &c. Significamus &c. Quia Nos consulere Volentes vationibus Fidelium Oppidi Biała dicti in Palatinatu Cracouien. Ducatu Severò Zatoriensi in confinio Silesiae exitis, cupientesq; Vt iidem Oppidani, oi meliori modo res suas, per modernorum calamitatem temporum et assidua bella accisas reficere, et in pristinum quoquo modo Statum redire possent, faciendum Nobis esse duximus, Vt in dicto Oppido Tuia Fora Annalia, seu Nundinas: Primas quidem pro Festo Natiuitatis Gloriosissimae ac Beatissimae Virginis Mariae, Alteras Hebdomadâ post Festum S. Michaelis Archangeli. Tertias pro Festo Conuersionis S. Pauli, assignauimus, et instituimus; prout quidem assignamus et instituimus praesentibus Literis Nris quotannis perpetuò celebrandas. Dantes et concedentes dictis Oppidanis potestatem et facultatem praedictas Nundinas temporibus supra expressis, sine tamen praeiudicio aliorum Oppidorum circumcirca existentium, move aliorum Oppidorum Regni celebrandi et exercendi. Ita Vt oés homines Sexûs Vtriusq; cuiuscunq; Status et conditionis fuerint, ad hoc ipsum Oppidum pro Nundinis praedictis temporibus, causâ Vendendi et emendi, res pro rebus Merces pro Mercibus permutandi aliorumq; negotiorum et negotiationum gratiâ exercendi Venire possint et valeant, atq; in accedendo et redeundo, Nrâ et Successorum Nrorum Libertate ac Securitate potiantur, atq; gaudeant, Nisi forte tales sint, quos Iura Publica et Leges fouere non permittunt, et quibus proborum hominum conuersatio merito est deneganda. In cuius rei fidem praesentes manu Nrâ Subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus Datum Varsauiae Die XVIII Mensis Iulij. Anno Dñi MDCLXVIII Regnor Nrorum Poloniae et Sueciae XX Anno. Ioannes Casimirus Rex.

Locus

Locus Sigilli Maiovis Cancellaria Regni Stephs Hankiewicz Secrs Regs Mtis.
Valerianus Stanislaus Judicki Archid. Vibl. Notl M.D. Lith.

Confirmatio Contuberny Sal-
lionum Lipnicensium.

Joannes Casimirus &c Significamus &c. Productas coram Nobis esse Lras Papiveas, manibus Magcorum Joannis Francisci Lubowicki, Castellani Wołhinien et Annæ Constantiæ à Charlesz Conjugum legitimorum Subscriptas, et Sigillo communitas, continentes in se Contractum certum inter Egsatos Magcos Lubowic: ki Conjuges ab una; atq; Contubernium Pannificum Lipnicensium Tenutæ ad Egsens memoratorum Magcorum Lubowickich Conjugum Partibus ab altera initum, Punctatq; infra Scripta Latius in se complectentes, Sanas, Salvas, illæsas, ac omni Suspicionis nota carentes. Supplicatumq; Nobis est Ut easdem Lras authoritate Nra Regia approbare, confirmare, ac ratificare dignaremur. Quarum quidem Lrarum Tenor de Verbo ad Verbum Sequitur est; talis. Między Jasnie Wielmoznym Je°Mci Panem Janem Franciszkiem na Lubowiczach y na Jaworowicach Lubowieckim Kasztellanem Wołyn: skim, Lunskim Starostą a Dzierzawcą Lipnickim y Jasnie Wielmozną Jey Mci Panią Anną Konstancią z Charleza Lubowicką Małżonkami z iedney; a między Poczciwymi Panij Łukaszem. Nieszyńcyńskim, Jezyzem Maisnerem, Peterem Naievem, y Alexandrem Perstyńczuszem Sukiennikami, z drugiey Strony Stanął Contract pewny y nieodmienne Postanowienie, w ten, y taki, niżey przez Punkta opisany Sposob. Jsz Je°Mść Pan Kasztellan za wierne y zyczliwe prácowite y Ustawiczne zawsze Krolom Panom przez wiek y Lata Swoie w tak wielu okazyiach Poselstwach do rożnych Kwatow y Prowincyi Commissiach częstych, w Expedicyiach Woiennych, w Senacie teraz a przedtym tak wiele razy w Izbie Poselskiey, y w Trybunalach wyświadczone zasługi. Maiąc Sobie Dzierzawę Lipnik nazwaną cum attinentijs iako to z Białą, Skaczonką, z Międzybrodziem, z Przysiołkami Jure Adventalitatis, a Jey Mść Pani

Kas

Kasztellanowa Iuxe Communicatis od Naiaśnieyszego Krola Je° Mci P. Kazimierza Czwartego nadany y confirmowany, a chcący zyczyć iako naywiększy teraz Sobie ex Vita Ich Mcion, a naprzod, Successive Donatariys drugim pożytek Vczynić, y Inszy przysposobić, ile Kiedy za tak znacznym tey Dzierżawy per Licentiam Zołnierzow Spustoszeniem, Sufficere ad Solutionem Quarty nie mogli y nie mogą wszelakich ad auctionem proventus szukali Sposobow. A że y ten się podał in numero maiori zrzszych garncarzy Pakow Sukiennikow na grunt Zamkowy pomienionij z Dzierżawy Lipnika collocationis przyszłi y przyimuią exmuri zaraz de nomine et cognomine Specificatos Pallones pod Conditiami in Ordine expressis. A naprzod, Ponieważ in quo-uis actu Ordo est ancora verum: Tedy takowe Rzemiesło ma swoy Cech mieć osobliwy y dwuch Starszych w nim Cechmistrzow Swoich Ktorych na kazdy rok obierać będzie Zamek, a ci wszyscy in Contubernio będący maią producere Attestaty Urodzenia Swego, zosobna Listy wyzwolone, gdzie się Ktory tegosz rzemiesła Vczył, y przez lat dwie ieżeli wędrował. Exceptuiąc ab ea Obligatione Samych Synow Sukiennniczego Rzemiesla Rodzicow, ktorzy tylko rok ieden wędrować powinni, przez potowę tesz dający do Cechu Wkupnego. Ktore Prawo y Corkom Sukiennniczym zawsze ma służyć. Chłopcy zaś albo raczey Uczniowie, kazdy z nich przez całe cztery Lata, a nie mniey powinien się tego Rzemiesła Vczyć: A po Expiratiey tych lat Cech powinien kazdemu dać Wyzwolone Listy. A gdzieby Ktory w czymze Cechu Mistrz Starszym Swoim nie posłusznym był, y do Cechu za Obwieszczeniem onych per temeritatem nie stawił się, Tedy kazdy takowy ma bydź Sądzony, a osądzony Karany, z Wolną iednak Appellatią do Zamku, iako do Iurisdictiey Swoiey. Co się zas tknie Miary y Lobrow Sukien, Tedy Szerokie Sukna, nie tylko na dwa, ale teszy na puł dziecca Łokcia Sprawiedliwey miary, robić się będą, a Wąskie zaś, na Łokieć ieden, chociby tez y na Pięć Cwierci. A te Sukna maią bydź z dobrey Wełny, dobrze tkane y narobione, y stemplowane oraz wszytkie. Tosz się ma vo-

zumieć o Kuśnierzach
dać pilnie, y ra
zte y fałszowan
drugiego nie pod
wiący się do Lip
fecunt Sami na
et Exterius na
Sukien składać,
ejm bydź kiedy
Ktoryim bez folgo
Tym zaś wszytkim
Suk tu robione a
wolno będzie poze
bus drugich Mie
Rzemieśnieczy na
swoim Starszym
ludzi numerus
y sposobnych, Kto
y Kupować tusto
bo tesz Naymen
to od Poborow Za
rza: Ponieważ
godnym rządz
ze naygarzey na
y wnalezszym Nac
Folurze nazwan
obyczay zchodzić
stwa y Dzierżawc
y handlow pożyt

zumieć o Kwiatach wszelej farbij, czego wszijtkiego Stanij obrani, maią dogląd
dać pilnie, ij tako, na dobre Sukna Cechij swoie przybierać będą. Tak też za
złe ij fałszowane stuszną pokutą na Cech kazać powinni. Więc żebij ij ieden
drugiego nie podkupował w Wężnie. A że cudz ten Cech albo raczej Zbie-
raiący się do Lipnika na Grunt Zamkowy, tego są wzumienia ij tuszą że suf-
ficient sami na potrzebę ludzką Suknami ij Kwiatami, tedij cudz Aduenis
et Extraneis nie wolno będzie w tej całej Dzierżawie Lipnickiej zadnych
Sukien składać, a pogodnie przedawać, wyięwszij same tylko, ieżeliby na po-
tym byłij kiedij Jarmarki, pod przepadkiem takiego Towaru, na Zamek. O
ktorym bez folgi ij respektu osób zaraz Cech pozestrzedz ma, ij powinien.
Tim zaś wszijtkim Sukiennikom na Gruncie Zamku Dzierżawij Lipnickiej
Sukna robione a nie zkądinąd zaciągnione, wszędzie po Koronie Polskiej
wolno będzie wozić, przesiłać ij przedawać, zawsze Iuribus et Libertati-
bus drugich Miast gdzie się tylko Sukna w Polsce robią gaudet. Cisz
Rzemieślniczij naibliszi maią bydź do Naimu Domow na Gruncie Zam-
kowym Stoiących. A ieżeliby co raz accrescevet większy tegosz Rzemiesła
ludzi numerus, Tedij też offiarnie się Zamek augere Domow zgodnych,
ij sposobnych, ktore wolno będzie nie tylko naimować, Kto zechce, ale też
ij Kupować iusto pretio. Naimnze Zamkowym Gruncie lubo Kupnym, Lu-
bo też Naimem mieszkaiących Ludzie maią bydź wolni od Podatkow iako
to od Poborow Zgnowego od Zimowego Chleba, ij Contributiey na Żołnie-
rza: Ponieważ przedtym ij po te wszijtkie czasij takowij Grunt Zamkowij,
podobnym nigdy nie podlegał ciężarom. Tosz Rzemieszło Sukiennickie
ze naibardziej nasym zawisło abij miało powzgędę tak w budynku iako
ij w należącym Naczynru przy pewnej zawsze Wodzie Walchę albo alias
Folusz nazwaniem; Tedy caueť ij obliguie się Zamek ze nigdij na tym
obojgu zchodzić nie będzie. A ze w Kożdym Mieście, Miasteczku Staro-
ścińskie ij Dzierżawie kożde Rzemieszło ij Cech kożdy maiący swoie Rzemiesła
ij handlow pożitki kożdemu Possessorowi tak w Dziedzicznych Duchownych

iako

iako ij Kwoleńskich Dobrach iakkolwiek, a wszędy ij zawsze proportionalnij
bez Swoiey krzywdy czynić ij czynić podług Ustawienia ij Obligu powinien: Te-
dy cirz PP. Sukiennicy nad Czynsz od Kupcza Domow pozwolony, a ile za
takimi Wolnosciami będący ij zostawaiący od każdego Postawu Szerokiego
Sukna po groszy Dwadzieścia Gtevij, a od Waskiego po groszy Dwanaście, a
od Postawu zaś Krewu po groszy Sześciu Kozdy z nich słusznie ij Sprawie-
dliwie płacić ij do Zamku oddawać cuvventi in Regno moneta powinien
pod Utratą Sukna ij roboty. Ktore to Punita in præsentiarum ita Ich:
MMPP. Lubowiccy Je°Mści P. Kasztellan Wołyński ij Jey Mści Pani Kasztel:
Lanowa Conjuges, takze ij Panowie pomienieni Sukiennicy nomine et alio-
rum Vicinorum Kupcy Deo Volente ad idem Contubernium zgromadzą,
a napotym ij Successorum Suorum Sacrosancte zachowac obiecuią assecuru-
ią się ij obligują. Vicissim IMP. Kasztellan ij z Małżonką Swoią Sub
fide Juvata, a PP. Sukiennicy Sub honore ij Utratą Rzemiesła. A ze ta-
kowy Kontrakt na Dobrach ij w Dobrach Kwoleńskich in Adultalitate ad
præsens Ich MM Panow Possessorow in Vim ratihabitionis Krola Je°Mci,
Stanowi się, Tedy IMP. Kasztellan obligatur tako naypierwey postarać
się eiusdem Contractus o Confirmacyą, ij one obszymawszy z Mitosciwey
Laski Je°Kr°Mci tako naypierwey do Swego Substituta tego Mieysca przy-
stać. A to dla większey dowodu y dobrego Contubernium gawrogich
się Rzemieslnikow wiary, ij dla podania do Acta ktoregokolwiek Grodu. A
tak dla większey pewności, wiary ij powagi Strony obiedwie ten Contract
własnymi rękami podpisuią. Działo się w Lipniku Dnia Dwudziestego
go Szostego Miesiąca Listopada, to iest nazaiutrz po S. Katarzynie Ro-
ku Tysiąc Sześcset Szesćdziesiąt Siodmego. Jan Franciszek Lubowiecki
Kasztellan Wołyński P. L. Starosta. Anna Constantia z Charleza
Lubowiecka K. W. P. L. Stars. Lucas Nesiecius. A ze Ludzij PP. Sukien-
nicy wyżey napisani nie Umieią pisać, Tedy tylko znaki Swoie iako

to

to Kuzijzijki na ojm Contracie położyli. A ia Uproszony od nich i mieniem pomienionych podpisuię Się: Paweł Grodecki mpa. NOS itaq Joannes Casimirus Rex Gfatis Supplicationi Nrae benigne annuentes, Nominatas Lras in oibus earum punctis, cLausulis, articulis et ligamen approbamus, et ratificamus de plenitudine et potestate Nra Regia, Decernen eadem Vim et vobur (In gelantum Juris est et Usus earum habebur) perpetuae firmitatis obtinere debere. In cuius rei fidem Presentes manu Nra Subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsauiae Die XVIII.a Mensis Junij. Anno Dni MD.CLXVIII Regnor Nrorum Poloniae et Suecia XX Anno. Joannes Casimirus Rex. Locus Sigilli Maioris Cancellaria Regni Spijtek z Buzenina Pstrokonski Regent Kancellaneij Wielkiey Koronney Podkomorzy Buzeski.

Consensus Cedeń Villa Welcz GG. Charczenskim Coniugibus.

Joannes Casimirus &c Significamus &c. Consensisse Nos et Consentire Consensisse consentireq et permittere Casentibus Lris Nris Grosso Alexandro Charczewski et Anna de Palczow Coniugibus Legitimis, Vt possint et Valeant de oi et integro Jure Suo quod ipsis Super Villam Welcz dictam Aduocaą in eadem Villa consisten in Palatinatu Sandomirien et Districtu Wislicien Sitam et iacentem Seruit et competit, Cedere, illudq plenarie et totaliter in personam Grosi Jacobi a Potok Potocki Notarij Campestris Regni Chmielnicen, Tlumacen, Krasnopolien Capnei Nri transferre et transfundere. Quae quidem Cessio Jurisq Transfusio, postaquam coram Actis quibuscunq Regni Authenticis facta et recognita fuerit. Nos eam ratam et gratam habituri Sumus Vti eam qua prauio Consensu Nro peragetur. Ita Vt Vigore Presentis Consensus Nri atq Cessionis dictus Grosus Notarius Campestris Pfatam Villam Welcz Aduocatiam, ibidem Sitt cum omnibus illius Agris, pratis, campis, pascuis, Syluis, Nemoribus, vubetis

betis, Stagnis, Lacubus, Piscinis, fluuijs, Molendinis, Tabernis, Curia, Prædio, ædificijs, Structuris, Subditis, Cmethonibus, Hortulanis, Inquilinis, eorum Laboribus, Censibus, datijs, pensionibus, alijsq; in Vsum ollibus et in Specie Singulis Nullis penitus exceptis attinen: et pertinentijs eò antiquitùs Spectantibus, et prout ab Antecessoribus Suis tenebatur, habebatur et possidebatur, teneat, habeat et possideat pacificeq; Vti fruatur ad extrema Vitæ Suæ tempora. Promittentes pro Nobis et Serenissimis Successoribus Nris, non esse Nos Serenissimosq; Successores Nros dictum Grosum Iacobum Potocki Notarium Campestrem ab Vsu et pacifica dictæ Villæ illiusq; Aduocatia possessione amoturos et alienaturos, neq; amouendi et alienandi cuipiam potestatem daturos: Sed Salvum et integrum Jus ipsi quoad Vixerit conservaturos. Quod et Serenissimi Successores Nri præstabunt. Ratione cuius Aductalitatis Quartam iuxta Præscriptum Constitutionum Regni Prouentuum Partem Rataam quotannis Statotempore Soluere et inferre tenebitur. Juribus Nris Regalibus Reipub:cæ Ecclesiæq; Catholicæ Salvis ibidem in toto manentibus. In cuius rei fidem præsentes manu Nra Subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsauiæ Die XVIII Mensis Junij Anno Dni MDCLX VIII. Regnor Nrorum Poloniæ et Sueciæ XX Anno. Joannes Casimirus Rex Locus Sigilli Majoris Cancellaria Regni. Stephs Hankiewicz Secrius Regiæ Mttis.

Confirmatio Libertationis Dominûs Spthl. Materna.

Cons. vip. Joannes Casimirus &c. Significamus &c. Productas coram Nobis esse Lras papyreas, manu Rra Subscriptas Sigilloq; Majori Regni communitas, Sanas, Salvas, illæsas, omniq; Suspicionis notâ carentes, Supplicatumq; Nobis est, Vt eas Authoritate Rrâ Regiâ approbare, confirmare et ratificare dignaremur. Quarum Lrarum Tenor sequitur, estq; talis: Joannes Casimirus Dei gratâ Rex Poloniæ Magnus Dux Lith:

uaniæ

uanicâ, Russicâ, Prussicâ, Masouicâ Samogᵉ Liuonicâ Smolen Czernichouicâq; Nec non Suecor Gothor Vandalorumq; Hæreditarius Rex. Significamus Præsentibus Literis Nris quor interest Vniuersis et Singulis. Quòd cæteras Regnorum Dominiorumq; Nrorum amplissimas Ditiones, gloriosa et Laudabiliter semper Vigere, et excrescere consueuit Regalis Nra Clementia et munificentia, Qua Subditis Nris non Solum tot bellorum incursijs profligatis, et quod maius, funestâ cLade tactis Subueniamus. Hinc certe est, quod Nos æquam Virtutis, et inuiolatæ fidei Spectis Andreæ Materna Consulis Pramisliensis habentes rationem, qua Nobis et Reipubˈcæ cũ Ciuitas Nra Pramislien ab omnibus Incolis Suis, præ metu, ac terrore in fugam conuersis, Hosti ad prosternendum derelicta fuit, ipseq; Solus, curâ, Labore, et gravi sumptu notabili Tutor et Protector eius remansit, extititq; atq; alijs diuersis temporibus, et occasionibus, satis abundè contestatus est. Insuper residuas fortunas præLibati Spectis Andreæ Materna, in cineres penè et fauillas, annis retroactis Diuino permissu (Vti Nobis per Supplicem Libellum exposuit,) redactas, quo quo modo resarcire cupiens, inhærendo Legibus Regni, eundem Spectem Andream Materna, et Successores eius Legnos Domumq; ipsi Lapideam quondam Helcnerowska dictam Pramisliæ consistentem ab oibus et Singulis priuatis Laudatis, ac in posterum Laudandis dationibus et Contributionibus, ac alijs oibus oneribus, quocunq; nomine et modo nuncupatis: Tum ab oibus Statuis Militum et quibuscunq; Militaribus Exactionibus Libertandum et immunem faciendum esse duximus; Vti quidem ad decursum Viginti Annorum sese immediatè Sequentium, à data Præsentium computando, Libertamus et immunem facimus per Præsentes Literas Nras. Quòd oibus quorum interest Præsertim Vero Contributionum Vt Supra Exactoribus, nunc et pro tempore existentibus, tum et Magnatum Vtriusq; Castrensi et Ciuili Pramisliensi, nec non Officialibus oibus Exercituũ Regni, notum esse Volentes, Mandamus

Vt

Vt Quærentium Sybillæ Andream Matevna Consulem Prædmijslien̄ circa præ
sentem Libertatem à Nobis benignè ipsi concessam, ad Supra Scripti temporis
Spatium, conseruent, et ab alijs conseruari curent, neq; ad Olla soluenda one-
ra priuata cogant et compellant, Id q; non obstantibus quibusuis Lris No-
stris. Pro qua Nra. In cuius rei fidem Qsentes manu Nra Subscriptas. Si-
gillo Regni communiri eussimus. Datum Varsauiæ Die XIX Mensis
Ianuarij Anno Dni MDCLXVIII Regnor Nrorum Poloniæ et Sue-
ciæ XVIII Anno. Joannes Casimirus Rex. L.S. Christoph. Micha-
el Rupniowski Trib. Paltis Cracou. Nos itaq; Joannes Casimirus Rex
Qfatâ Supplicationi benignè annuen, Qdictas Lras, in oibus earum pun-
ctis, clausulis articulis et ligamentis approban confirman et ratifican
esse duximus; prout quidem approbamus, confirmamus et ratificamus
Qsentibus. Decernen eandem Vim et robur cùm quantum Juris est, et
Usus earum habetur perpetua firmitatis obtinere debere. In cuius
rei fidem, Qsentes manu Nrâ Subscriptas Sigillo Regni communiri
mandauimus. Datum Varsauiæ Die XX Mensis Junij Anno MDC-
LXVIII Regnor Nrorum Poloniæ et Sueciæ XX Anno. Joannes Ca
simirus Rex Locus Sigilli Jovis Cancellis Regni Stephs Haukewicz
Secrs Regæ Mttis.

Villa Zyvan dict' Patribus Ca-
maldulen̄ confertur.

Cow̄ Joannes Casimirus &c. Significamus &c. Quòd Licet quidem Auctionē
Ex. Fundationis Conuentūs Religiosorum Prum Frum Ord. S. Romualdi Ca-
maldulen̄ in Monte Regio ad Varsauiam existen̄, in Comitijs Regni Ge-
neralibus Varsauiæ Anno proximè Qterito 1667 celebratis, Lege Pu-
blicâ, Sub Tit: Approbatio Priuilegiorum et Auctio Fundationis Pij-
cow Kamaldulow prope Warszawiæ Fol: 49. ex Consensu Ordinum
Sanitâ decreuimus: Nihilominus tamen antequam Auctionem ean-

dem

Idem Vigore & fata Legis Pubca, declaravimus (quo nõe Ut tanto mã-
gis competens iisdem Religiosis provideri possit, hucusq; deliberamus)
commoditati ipsorum prospicere cupientes ac obviantes quibuscunq; damnis,
qua ob attenuationem viparum Suo Conventui adiacen per Subterlabentem
Vistulæ fluvium (Ut id ipsum Nobis certo constitit) facilè emergere possent;
Consentaneum esse censuimus, Ut eis, capessendo principium istius Auctio-
nis, totiq; fato Conventui ipsor, Villam desolatam Zyvan nuncupatam,
seu potius Fundum à multis annis deservatum (in quo olim Villa ea-
dem Una cum Advocãa itidem adjacens desolata fundata erat) ad
Capreatum Illum Varsavien nuper Spectan, Conventui vero dictor Reli-
giosorum Vicinum proxime, Vistulæ adiacent' daremus et conferremus;
prouti quidem, in hac vendo Supra dicta Constitutioni damus, confer-
mus, donamus, Juriq; et Immunitati Ecclesiasticæ adscribimus et incor-
poramus per presentes. Ita Ut præcensiti Religiosi Fres Fres atq; adeò to-
tus Conventus Camaldulen in Monte Regio ad Varsaviam existen memo-
ratam Villam Zyvan, cum oibus agris, pratis, campis, areis, pascuis, virgul-
tis, inq; Vistulæ fluvio Libenis Piscationibus, Subditis, Cmethonibus, Hor-
tulanis, Inquilinis, eorum Laboribus, Censibus, dationibus, commodis, emolu-
mentis, Usibus, fructibus, cæterisq; attinentijs et pertinentijs eò antiquitùs Spe-
ctan teneant, habeant, possideantq; perpetuò et in Suum. Promittentes pro No-
bis et Sermis Successoribus Nris Regibus Poloniæ atq; adeò tota Republica Polonâ
non esse Nos Sermosq; Successores Nros eosdem Nros atq; totam Rempublcam Polonã
prædecessitos Religiosos Fres Fres Totumq; Conventum Camaldulen ad Var-
saviam à pacifica possessione eiusdem Villæ Zyvan amoturos aut amovendi
seu alienandi cuipiam potestatem daturos Sed Salvum integrum inviolabi-
leq; Jus pretium ipsis Servaturos. Quod et Sermi Successores Nri Reges Poloniæ
totaq; Respublca Polona facere teneburtur. In quorum fidem (postes manu Nra
Subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ die VIII Men-
sis Junij Anno Dni MDCLXVIII Regnor Nrorum Polon: XX Sueor

Veri

Vero XXI Anno Ioannes Casimirus Rex Locus Sigilli Iovis Canellâ Re
gni. Stephs Hankeinie Regr. Notis Secrtt

Communicatio Iuris G. Karskim Coniugibus.

Cas

Ioannes Casimirus &c. Significamus &c. Adeò grata sunt Nobis eximia Gnosi
Ex. Casimiri Karski Commilitonis Vexilli Nri Hastati in Nos et Rempubcam
contestata merita, Vt nullam velimus intermittere occasionem, quâ eum Sin-
gulari Nrâ non complectamur munificentiâ. Quare et ad Gsens libenter
faciendum esse duximus, Vt Ius Aduitalitium quod ipsi Super Bona Nra
Villa Zurobice nuncupata in Palatinatu Podlachiæ Districtu Vevs Mielz-
nicen Sita Seruit et competit, Gnosis quoq; Catharina Kwasowska Con-
sorti ipsius Legitimâ communicare dignaremur; Prout quidem communi-
camus Gsentibus Lris Nris. Vigore cuius Iuris Communicatrui eidem Gno-
si Casimirus et Catharina Karskie Coniuges, dictam Villam Zurobice
cum oibus Prædijs, Curijs, Aduocatijs, Sculteckijs, agris, pratis, campis, Sijluis
Nemoribus, pascuis, Stagnis, vubetis, fluuijs, Piscinis, Molendinis, Tabernis
Subditis, eorumq; Laboribus, censibus, datijs, Obuentionibus, Vsibus, fructib,
commodis et emblumentis attinentijsq; et pertinentijs generaliter Quibus, nunc
et ab antiquo ad eandem Villam Spectantibus, tenebunt, habebunt et possi-
debunt ad extrema Vitæ Sua Seu alterius eorum Superstitis tempora. Promit-
tentes pro Nobis et Sernis Successoribus Nris, non esse Nos, Seren̄issimosq; Suc-
cessores Nros, eosdem Gnosos Karskie Coniuges ab Vsu et pacifica eorundem Bo-
norum possessione amoturos; neq; amouendi aut alienandi cuipiam potesta-
tem daturos; Sed Saluum et Integrum Ius Aduitale ipsis ambobus in Soli-
dum seu alterutri eorum Superstiti conseruaturos. Ratione cuius Aduitali-
tatis Quartam ex Prascripto Legum Publicarum Thesauro Regni debi-
tam, inferre tenebuntur. Iuribus Nris Regalibus, Reipubcæ Ecclesiaq;

Ca:

Catholica Salutis manentibus. In cuius rei fidem Præsentes manu Nra Subscriptas, Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsaviæ Die XXII Mensis Junij Anno Dni MDCLXVIII° Regnor Nrorum Polon et Sueciæ XX Anno. Joannes Casimirus Rex Locus Sigilli Majoris Cancellaria Regni. Steph Hankiewic Secus Regs Mtis.

List Przyiazdny Vr. Czarnieckiemu na 200 Dragonicy.

Cz.

Jan Kazimierz itd. Vrodzonemu . . . Czarnieckiemu Starostie Kaniowskiemu Pułkownikowi Naszemu Wiernie Nam miłemu Laskę Naszę Krolewską. Vrodzony Wiernie Nam miły. Maiąc Wiedzieiąc Twoią wielką w dziele Rycerskim biegłość y w rożnych woiennych okazyiach, tak wiele razy wyśmiadczone męstwo y odwagę, a do tego życzliwą ku Nam y Rzpltey do przysługi chęć y ochotę. barzo dobrze wiadomą, Vmyślilismy Wiedzę Twoią na Dwieście Dragonicy Służbę Woienną przyporządzić, iakosz a Die Prima Miesiąca Sierpnia w Roku przeszłym (ponieważ się w Conjuncie Commissiey Lwowskiey z Ordinackiey Rzeczypospolitey ta Dragonia znaiduie) przyporządzamy tym Listem Naszym. oraz y Płacą Wiedzę Twoią w Skarbie Koronnym zwyczaynym Żołdem, na tych Ludzi, z kąd Officierom y Żołdatom płacić y apparamenta sprawować będziesz powinien naznaczamy. Chcąc to mieć po Wiedzę Twoią, aby w tym Szykowanie, Ludzie służale y woyny dobrze wiadome przyodziane y porządnie w wyższunek należyty opatrzone w karze Żołnierskiey, podług Trybu y Artykułow Woyskowych trzymał y z tymi Ludźmi zawsze pod Naszym y Wielmożnych Hetmanow Koronnych Lubo Regimentarzow posłuszeństwem y władzą wszelaką, Ordinansy pełnić zostawał. A ile Wied Twoią Ludzi przy Popisie nie będzie dostawało, tyleś z zasług defalkuiesz na. Powinności wszelkie ktore taki Żołnierz

tak

tak Polem iako y Obozem dla niebespieczeństwa Swego stoiąc, odprawować
zwykł y oni pełnić powinni. A ieżliby Wieś Twoia przytym Sztandrowie
Kapellana nieczechiał, tedy takowego zaciągnieść, ktovy będzie miał
Pozwolenie od Zwierzchności Duchownej na takową Vsługę na Piśmie
pokazane. Poczuwaiąc się zatym y w tym abyś W. T. przytym Sztandrowie
zawsze Lub Sam przytomnym był, Lub na Swoim mieyscu Starszego Offi-
cera ordinował, zadnej przytym expedicyey y okazyey woiennej nie opu
szczał, nie tylko dla przykładu y zachowania tych Ludzi, ale też aby w
Ciągnieniu y na Stanowisku Poddani w Dobrach Naszych y Duchownych
Ogrzenia y Krzywd zadnych nie ponosili. Nie mniey też y dlatego aby
się ten Lud pod niebytność Starszych, y Przełożonych, do Burtow a
zatym y Confederatyi Prawem zakazanych y Rzeczypospolitey szkodliwych
nie vdawał. Na ostatek isz się Wieś Twoia w tym wszystkim powinności
swoiey przestrzegaiąc sprawisz, y tak na stawę dalszą iako y Łaskę Nas
sze mężnem y odważą zarabiać będziesz nie wątpimy. Ktovą y naten
czas Wieś Twoiey ofiaruiąc zatym życzemy dobrego od P. Boga zdro-
wia. Dan w Warszawie Dnia XXIII Miesiąca Czerwca Roku Pańskie-
go MDCLXVIII Panowania Naszego Polskiego y Szwedzkiego XX
Roku. Jan Kazimierz Król. Mieysce Pieczęci Wielkiey Koronney. Sy-
tek z Buzenina Pstrokonski Regent Kancellaryey W. Koronney Podkom.
Brzeski.

List Przyiazny Vr Czarnieckiemu na Vsarską Chorągiew Koni 100.

Cz. Jan Kazimierz Ze Urodzonemu . . . . . Czarnieckiemu Staro-
vp. ście Kamionskiemu y Pułkownikowi Naszemu Wiernie Nam miłemu, Łaskę Naszą Krolewską. Urodzony Wiernie Nam miły. Nie tayne Nam od-
ważne y zapotrzebne wieki pamiętne dzieła, ktoryśmi całość tey Rzpltey

y

ij dostoieństwo Maiestatu Naszego Wiew Twoią zyczliwie ij statecznie za-
sczyczasz: W czym dalszy sobie po Wiew Twoiey obiecuiąc perseverantiam,
gdij Nouas Ojczyznie tey widziemij innoiseve tempestates, Vmyslilismij
Wiew Twoiey na Chorągiew Vsarską służbę woienną przyjąwiedzieć; iakosz
tym Listem Naszym Expedimuiemy się w Compucie Commissiey Lwowskiey z Or-
dinacyey Rządu ta Chorągiew znaydzie) przyjąwiedaniy. Pod ktorą to
Chorągwią Koni Sto Sześćdziesiąt mieć chcemij, a Służbę à Die Prima Mie
siąca Sierpnia w Roku przeszłym naznaczamij, oraz ij Płacą Zołdem
Kwarcianym zwyczaynym, ktora na Każdą Wiew z Skarbu Rządu
oraz ij z Kuchennym Rotmistrzowskim dochodzić będzie. A Wiew
Twoia Starać się naprzod^ gto^ będziesz abij pod tą Chorągwią zostawało To-
warzystwo służbij takowey ij dzieła woiennego Ładowne, w Koniu ij vżyt-
sztunek tvjbem Vsarskim dobrze przyjąsposobione, w powinnościach swo-
ich posłuszne. Do ktorey Liczbij ile Koni przij Popisie nie dostawać bę-
dzie, tyle przy zapłacie Skarb defalkować będzie powinien. Nie pod
inszą zaś władzą ij posłuszeństwem tylko Naszą ij Wielmożnych Hetma-
now Koronnych zostawać, Ordinansow Naszych ij tychże Wielm Hetma-
now słuchać ij one wykonywać, z czym iż Ludzni Wiew T: powinien będzie.
A ieżliby też przij tey Chorągwi ij Kapellana Wiew T: mieć zechcesz, tedij
takowego zaciągnąć, ktoryj będzie miał Pozwolenie od Zwierzchności
Duchownej na takową Vsługę na Piśmie pokazane. I w tym W.T. po-
czuwać się będziesz abijś tey Chorągwi zawsze przytomnym bił, zadnej
expedycyey ij okazyey Woiennej nie opuszczał ij nie omieszkował, czyniąc
to nie tylko dla przykładu ij zatrzymania Towarzystwa, ale też aby w
Ciągnieniu ij na Stanowisku Poddani Nasi w Dobrach Naszych ij Ducho-
wnych, Ucisżenia ij Krzywd nie ponosili, Nieminęij też ij dlatego,

abij

abij się Towarzystwo pod niebytność Wiey T: do buntow a zadjm ij Os-
fadzaiey Prawem zakazanych ij Rzpltey szkodliwych, nie vdawało. Tak
tedij w porządku dobrym trzymaiąc te Chorągiew, na dalszą stawę, mi-
łość V Rzpltey ij Łaskę Naszą pospołu z Towarzystwem Wey Tuscia zava-
biać będzieß. Pewien będąc przij podanych okazjiach, osobliwego Na-
szego respectu ij wdzięczności. Ktoremu ij na ten czas ovazij wszytkie-
mu Towarzystwu dobrego od P. Boga zyczemy zdrowia. Dan w Warsza-
wie Dnia XXIII Miesiąca Czerwca Roku Panskiego MDCLXVIII
Panowania Naszego Polskiego ij Szwedzkiego XX Roku. Jgn Kazi-
mierz Król. Maiąc Pieczęć W. Kor. Ad mandatum Regis Regent Cancellaney W Koronney Podkomorzy Brzeski. mpa.

Oblata Seruitoratus Eq: Moller

vp. Joannes Casimirus &c Significamus &c Oblatas esse ad Acta Metrices Regni Cancellariæ Maioris Lrās infra scriptas, pargamineas, manu Nra Subscriptas et Sigillo Regni Maioris Cancellariæ pensili impressis de Lamina expresso obsignatas, Sanas Saluas illæsas omnig Suspicione careri. Quarum Tenor Seguitur est talis. Joannes Casimirus Dei gra Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russ: Prus: Masou. Samog. Liuon Smolen Czernichouiæg Necnon Sueciæ Gotth: Vandaloruq Hæreditarius Rex. Significamus &c tenoribus Lrās Nrās quorum interest Vniuersis et Singulis. Pecu-liari providentia omnium felicissime Regnantium Principum illud incumbere censemus et arbitramur, Vt Civos idoneos Variarum rerum gnaros, et ad quaruis negotia tractanda habiles, plurimisq recte gestorum exemplis probatis, Suis admoueant obsequiis. Verum etiam optime no-tam ac perspectam habeamus in Arte Mercatoriali dexteritatem ingq Subministrandis pro Usu et commoditate Aulæ Nræ Regiæ rebus Mer-catorialibus Singularem contentionem et accuratam diligentiam,

ac

ac insuper promptum semper ad Nrâ obsequia et animum Egregii Godefredis Möller Civis et Mercatoris Gedanen. Libenter eundem in numerum realium et actualium Factorum et Servitorum Nrorum referendum esse duximus: prout quidem referimus et pro reali actualiq. Factore et Servitore Nro assumimus et accipimus Cæsentibus Lris Nris. Tribuentes eidem plenam et omnodam facultatem et potestatem omnibus Juribus, Privilegijs, Prærogativis et Immunitatibus, quibus cæteri Factores et Servitores Nri fruuntur, Libere gaudendi et utifruendi, Artem Mercatoriam exercendi atq. cum rebus Mercatorialibus Curiam Nram sive per se sive per Famulos Factoresq. Suos Sequendi, et tam Varsauia quam in aliis quibusuis Regni et Dominiorum Nrorum Maioribus et Minoribus Civitatibus, Oppidis Regni et Magni Ducatus Lithuania et Terrarum Prussia præsertim Vero Gedanen, Thorunen, Elbingen et ut a Lijs Universis Locis, tam sub Cæsentia Nra quam extra residentiam Nram tempore Comitiorum, Nundinarum vel diebus forensibus atq. alio quouis tempore Libere Venum exponen, distrahen, diuenden. Nec non Varia generis Mercimonia tam Scaphis parvis quam magnis, Obicunq. Locorum diffluendi pro vel Le et Libitu Suo in Locis Cæsatis seu alijs commodioribus, absq. quauis personarum contradictione et Magistratuum Subsisten commovandi et degendi, eademq. Verden, commutan quocunq. modo in emolumentu Suum conuertendi, Famulos fouendi, Tyrones instruendi, sine quouis Mgratuum et Contuberniorum impedimento. Insuper Bona ipsius Mobilia et immobilia, Merces et Universas res quascunq. in Dominijs Nris habuerit, tum et Personam eius a quouis Judiciorum et Officiorum Jurisdictionibus, Subsellijs Maioribus et Minoribus Officialium q. quorumuis Regni et Terrestrium eximimus. Soli tantum Nro et Marschalcorum Nrorum Judicio eum cum oibus Bonis Suis incorporamus et adscribimus. Ita Ut coram nulla alia Jurisdictione in quibusuis Curis

et

et Actionibus magnis et paruis (Fundi tantùm et Causis Contractis exceptis) Stare respondeve, Iudicatum seu Executionem patì teneatur. Nisi coràm Nrò et Marschalcorum Nrorùm Iudicio. Pratevea maiorem illi Nrâm contestantes gratiam Bona illius mobilia et immobilia et in quouis alio Loco, genere existentia morte ipsius Subsequente, ab impetitione Fisci Nri et Iure Caduco Libera facimus et eximimus, eiq; facultatem et omnimodam potestatem de iisdem Bonis Suis oibus per Inscriptiones Testamenti et quouis alio modo disponendi damus et concedimus et omnibus Libertatibus Uti ipsi ad extrema Vitæ Suæ tempora. Quod omnibus quorum interest, præsertim Vero Magcis Marschalcis Nris Regni et Magni Ducat: Lithuaniæ Necnon Thelonearù et Vectigalium Administratoribus, seu ipsorum Exactoribus, tum etiam Magratibus quibuscunq; Quibus notum esse Volentes mandamus, Vt memoratum Godefredum Moller Ciuem et Mercatorem Gedanen̄ pro reali et actuali Factore et Seruitore Nrò habeant et agnoscant, ipsiq; oibus Iuribus, Prærogatiuis, Immunitatibus et Libertatibus tam Supra recensitis quam Vniuersis aliis cæteros Factores et Seruitores Nros de Legù Præscripto concernen̄ Liberè Uti fruì permittant, illumq; circa hoc Præs Priuilegium Nrum inuiolabiliter conseruent et manutenant. Pro quâ Nrâ et Sub Pœnis in Consultores Priuilegiorù Nrorum Sanctis. In cuius rei fidem præsentes manu Nrâ Subscriptas. Sigillo Regni communiri iussimus. Datt. Varsauiæ Die xxxi^a Mensis Maij Anno Dñi MDCLXVIII Regnorum Nrorum Polonia et Suecia xx Anno. Joannes Casimirus Rex Locus Sigilli Maioris Cancellæ Regni pensilis ei pixide Laminea expressi. Rogatianus de Buzenen Przorokonski Regens Maioris Cancellaria Regni Succmis Brestem Cuiauien̄ mpa. Quas quidem ut.

Capneatus Kapinosen̄ G. Doen hoffhom Coniugibus:

Joannes Casimirus &c. Significamus &c. Eodem Nos Grosi Theodori Cor.
Doënhoff Succamerarij Regni Visliciensis, Vrzedowiensem Capneo pendere vp.
animo merita, vt probatam eius Virtutem, constansq; de Nobis et Repu-
blica, bene merendi Studium, quauis offerente se occasione munificentia
et Liberalitate Nra Regia vependere et remunerari innitamur. Qua-
propter faciendum esse Nobis duximus vt eidem, tum et Grosa Cathari-
nae Von Bessen Comitissa Consorti eius Vacantem protunc, per deces-
sum Seremissimae Reginae Ludouicae Mariae Consortis Nunc memorati-
simae Capneatum Capinen, in Districtu Sochaczowien sitt exinde
ad Nos, Dispositionemq; Nram Deuolutt Grosis Doënhof-
fis Coniugibus in Solidum Landum et conferendum esse duximus;
prout damus et conferimus hisce Quibus Nuis ad extrema Vita ipsorum
tempora. Quem quidem Capneatum Capinosen, cum Suis Villis, per-
tinentijs et attinentijs oibus antiquitis eò Spectantibus memorati
Grosi Doenhoffii Coniuges ambo in Solidum, et alteruter eorum
Superstes, cum oibus Curijs, Aedificijs, Structuris, Pradijs, aueis, agris, pra-
tis campis, Syluis, Nemoribus, Lacubus, Stagnis, Fluuiis, Molendinis
Tabernis, Subditis, eorum Laboribus, censibus prouentibus ac emolu-
mentis Onsis ambo in Solidum teneant habeant et possideant ad
extrema Vita Sua seu alterius Superstitis tempora. Promittentes Nos
et Sermonum Successorum Nrorum nomine non esse Nos Sermosq; Successores
Nros dictos Donatarios ab Vsu et pacifica possessione dicti Capnea-
tus amoturos aut alienaturos neq; amouendi aut alienandi eiusdem
potestatem aut facultatem daturos; Sed Salvum et integrum Ius Ad
uitale ambobus in Solidum conseruaturos, Quod et Serenissi Successores
Nri Stabunt. Ratione cuius Aduitalitatis Quadruplicem primo
possessionis Sub anno Subsequentibus Vero Duplicem Prouentuum

Quartam Partem Ranam quotannis inferre teneburtur. Juribus Nris Reip: Eccleq; Romanæ Catholicæ Salvis manen. In quorū fidē Lras manu Nra Subscrās Sigillo Regni communiri iussimus. Dat Varsaviæ Die xv. Mens Junij Ao Dni MD CLXVIII Regnor Nror Poloniæ et Sueciæ xx Anno. Joannes Casimirus Rex. Locus Sigilli Jovis Cancellⁱ Regni. Stephs Hankreinic Secrs Regⁱ Mtis.

Tenuta Kazunen G. Donhoffom.

Joannes Casimirus &c Significamus &c Non possumus non propensè exi-
mijs Grosi Theodori Doenhoff. Succmbij Regni Vislicien Burgdoui.
ex Capitaneis fauere meritis. Quocirca eidem, tum et Grosa Catherina
Von Besten Comitissa Consorti eius Vacantem posturi per decessum Sermi Reginæ Ludouicæ Mariæ Consortis Nræ memoratæ Tenutam Kazunensem in Districtu Varsavien sit exinde ad Nos dispositionemq; Nram devolut Grosis Doenhoffis Conjugibus in Solidum dari et conferen esse duximus; prout damus et conferimus hisce Lris Nris ad extrema ipsor Vitæ tempora. Quam quidem Tenutam Kazunen cum suis Villis aliisq; pertinentijs # et attinentijs. eo spectan mvatis Grosi Doenhoffii Conjuges ambo in Solidum et alterutr eorū Superstes cum oibus Curijs, ædificijs, Structuris, prædijs, areis, agris, pratis, campis, Sylvis Nemoribus, Lacubus, Stagnis, fluuijs, Molendinis Tabernis, Subditis eorum Laboribus, censibus, proventibus, ac emolumentis Vasis ambo in Solidum teneant, habeant et possideant ad extrema Vitæ Sua seu alterius Superstitis tempora. Promittes Nos et Sermorum Successorum Nrorum nomine, non esse Nos Sermosq; Successores Nros, q dictos Donatarios ab Eor et pacifica possessione dicta Tenutæ Kazunen amouendos aut alienandos. neq; amouendi aut alienandi cuiquam potestatem aut facultatē datur os:

Sed

Sed Salvum et integrum Jus Aduitale ambobus in solidum conser-
uaturos. Quod et Serm̃ Successores Nri præstabunt. Ratione cuius
Aduitalitatis Quadruplicem primo possessionis Suæ anno, Subsequen-
tibus vero Duplicem Prouentuum Quartam Partem Ratam quotannis
inseruire tenebuntur. Juribus Nris, Reip: Eccl'æq; Romanæ Catholicæ
SdLuis manen̄. In quorũ fidem Literas manu Nra Subscriptas Sigillo Re-
gni communiri iussimus Datæ Varsauiæ Die XV Men̄ Junij Anno
Dñi MDCLXVIII Regnor Nrorum Poloniæ et Sueciæ XX An-
no. Joannes Casimirus Rex. Locus Sigilli Majoris Cancellar Regni
Regnis. Hankziuic Secret Reg̃ Mtis. Act Varsaniæ F. Visit BMV
Sabbo pxo Die 30 Mens Junij Ao 1668.

Jus Caducum G. Movstin.

Joannes Casimirus &c Significamus &c Quia Nos Bona ora mobilia et
immobilia Cujuscunq; vero Status in Villa Jankowka Palatus Cracovien Nobi-
um Thobiæ, Marci et Georgij Sorovum̃q; esrum Constantiæ, Zophiæ, et He-
dwigis Movstinow existen, Jure naturali eosdem Spectan̄ Uti Arianismo
infectos et perseuerantes Secundum Constitutionem Nouellam ad dispositio
nem Nram Regiam deuolut' Gnoso Joanni Andreæ de Raciborsko Mov-
stin Regni Nri Referendario, Jure Caduco damus et confermus præ-
sentibus Lris Nris. Ita Ut easdem Sortes Bonaq; quæuis prædictorum Ju-
re adeat Decretoq; adiudicata teneat, habeat et possideat, et in Suos Suo-
rumq; Successorum beneplacitos Usus, eosdem Jure perpetuo conuertat.
Quodsi vero Vi et Violento modo Sortes easdem Bonaq; et Summas
quasuis Signatori Vindicare præsumpserit, hocce Priuilegium irritum et
inualidum fore declaramus. Quod omnibus et Singulis quorum interest
præsentibus vero Officijs et Magistratibus Regni Nri quibusuis notum esse Vo-
lentes mandamus: Ut quamprimum à Donato Donatario Nro vel ipsi-
us Mandatario requisiti fuerint, Causam eandem sine omni Dila-

tio

tione iudicent, et Decvo adiudicatas easdem Sortes in vealem possessionem
tradant, tradiq; curent. Pro qua Nra Officiorumq; Suorum debito alitevi non
facturi. In cuius rei fidem Presentes manu Nra Subscriptas Sigillo Regni
communiri iussimus. Datum Varsauiæ Die XXV^a Mensis Junij Anno
Dni MDCLXVIII^o. Regnor Nrorum Poloniæ XX Sueciæ vero XXI°
Anno. Joannes Casimirus Rex Locus Sigilli Majoris Cancellariæ Regni. Ste-
phs Hankiewic Secrus Reg^a Matis.

Jus Caducum G. Joan. Potocki

Cod. Joannes Casimirus &c. Significamus &c. Cum inter Regias curas hanc non
vig. postremo Loco habeamus, Vt bene de Nobis et Republica meriti, debitis virtuti
Sua gaudeant præmijs. Optime vero Nobis nota sint militaria merita Ge-
nerosi Joannis de Potok Potocki Dapiferi Terræ Bielscensis, Capitanei Nostri
qua Nobis et Reipublicæ à prima iuventute Sua in multis expeditionibus
bellicis, cum dispendio patrimonij, discrimine Vitæ, et profusione sangui-
nis fideliter præstitit; antequam solidiora præmiorum media, munificen-
tia Nra Regia offerret occasio; In præsens Bona omnia mobilia et
immobilia præsertim vero Sortem in Bonis Zuclaviæ dictis in Dis-
tricty Chouiensi. Sitis, tum et Summas omnes pecuniarias, Inscri-
ptiones et Successiones post Nicolaum Blonski de Biberstyn, Vti post
Ariana fidei Sectatorem et Constitutione Regni Nostri de Regno proscri-
ptum Jure Caduco Fisco et dispositioni Nræ Regiæ obnoxias, eidem
Dandas et conferendas esse duximus: Prout quidem Jure perpetuæ et
irrevocabilis Donationis Nræ damus et conferimus per præsentes. Dan
tes et concedentes eidem Gnoso Donatario Nro plenariam et omnimo-
dam facultatem hisce Literis Nris, Vt possit et valeat & dicta Bona, Su-
mas, Inscriptiones, et Successiones Jure adire, et vindicare, Decretoq; sibi
adiudicata tenere, habere, et possidere, ac in Suos Suorumq; Succes-

bere

ich od tego Prawa ÿ Słuszkowska pomienionego nie oddalemy ani oddalić
nikomu nie pozwolimy: ale w całe Prawo ich zachowamy. Co ÿ Naiaśnieÿ=
si Następcy Nasi Vczynią. Z tych iednak Dóbr względem Ciężarow ÿ po=
winności Dworskich zwÿczaÿnÿ czÿnsz złotych Trzÿdziesci Polskich
w każdym roku Dzierżawcy albo Staroście Naszemu Wiślickiemu te=
raz ÿ na potym będącemu płacić ÿ oddawać Są powinni, á insz od robot
posług ÿ innych powinności Dworskich ÿ z komornikami Swÿmi

wolni

wolni Zostawać maią. Prawa Nasze Krolewskie, Kościoła Bożego y Rzpltey w cale zachowuiąc. Na co ten Przywileiy ręką Naszą podpisany Pieczęcią Koronną zatwierdzić roskazaliśmy. Dan w Warszawie Dnia XXX Miesiąca Czerwca Roku Pańskiego MDCLXVIII Panowania Krolestw Naszych Polskiego y Szwedzkiego XX Roku. Ioan Kazimierz Krol. Miejsce Pieczęci W. Koronnej. Spytek z Buzenina Pstrokoński Regent Kancellaryi W. Koron. Podkom. Brzeski.

Rescriptum ad Mgratum Podolinen.

Cond. v.g. Ioannes Casimirus Dei grâ Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæ, Kiioviæ Volhyniæ Livoniæ Smolen. Czerniechou. &c. Necnon Suecor. Gothor. Vandalor. &c. Hæres Spectabilibus et Famatis Judici ac Scabinis totiq. Magistratui Civitatis Rvæ in Sepusio Podolinen. Fideliter Nobis dilectis Gratiam Nram Regiam. Spectes et Famati Fideliter Nobis dilecti. Intelleximus ex relatione certorum Consiliariorum Nrorum nunc ad Latus Nrum existium, nomine Venerabilis Balthazaris Lehotski Parochi Ecclesiæ Podolinen, apud Nos factâ. Quòd cum ille Exercitiorę cæterisq. Privilegijs prædictam Ecclesiam concernentibus, vt potè per Antecessores Fidelium Vrarum, dum adhuc aliena contumacia essent fidei, vi seu alio quocunq. modo olim ab antecedaneis Parochis, acceptis careat; Fid: Vræ instantes eorundem Antecessorum Vrorum Vestigijs, contra ipsata Jura Ecclesiæ Decimam Manipularem ab omni frumentorum genere proueniẽn, mensurato Venerabili Parocho pendere ac Solvere nolunt venuntq; Sed tantummodò trigesimo manipulo et tertiâ Mensurâ ex Vro Molendini Civitatẽn Lapide à ipsis dictis FF: Vestrarum Mercibus in vim quasi duorum Manipulorum compensationis concessa contentum esse Volunt ac rubent: Insuper his non contenti Agros dictæ Ecclesiæ Parochialis Podolinen colunt FF: Vræ et Seminant fructusq. omnes indebitè sibi faciunt ac percipiunt. Qui ejusmodi ausus cum

Vergat.

Vergat in magnum Ecclesiæ illius præiudicium, adeò exiguos tenuesque
proventus habentis, vt non modò ornamentis Sui, Verum etiam et Ministris
Suis debitè non Sufficiant alendis, tum et manifestè Legibus Regni Nri con-
trarium Sit. Prohinde nolentes quicquam Nro munerи Regiо deesse, ac
præsertim Vbi de cultu agitur Diuino, cupientesq; eo in passu vlteriori-
bus difficultatibus quantotius occurrere. Inhungendum FF: Vris esse du-
ximus; inhungimusq; ac mandamus per Psentes: Quatenus FF. Vestra
Decimam Manipularem, iuxta morem et Vsum antiquum, dicto Vnabili
Balthazari Lehotski Parocho omninò pendant, ab aliisq; pendi faciant:
Tum et Agros Dictos Ecclesiæ, quos FF: Vestra indebitè Seminant et ex
iis fructus percipiunt, Libere citra omnem moram vendant et vertuant,
eisdem Libere frui Sæpefatum Vnblem Parochum permittant: Non Secus
Sunt factura Fidelitates Vræ. Pro grata Nra, et Sub Pœnis arbitrio Nostro
irrogandis. Dabantur Varsauiæ Die XXX Mensis Junij Anno Dni
MDCLXVIII° Regnorum Nostrorum Poloniæ XX Sueciæ Vero XXI°
Anno. Joannes Casimirus Rex. Locus Sigilli Maioris Cancellæ Regni.
Stephs Hankiewic Secis Regis Mtis.

Oblata Confirmationis Juriu Villæ Chlina.

Joannes Casimirus &c Significamus &c Oblatas esse ad Acta præ-
sentia Metrices Regni Cancellaria Maioris. Lras infra Scriptas,
Pargameneas, manu Nra Subscriptas, et Sigillo Regni, pensili in pexi-
de Laminea expresso, obsignatas, Sanas, Salvas illæsas omniq; Suspicio-
nis notâ carentes. Quarum Tenoris est qui Sequitur. Joannes Casimirus
Dei grâa Rex Poloniæ Magnus Dux Lith: Ruſ: Prus: Masou: Samog: Liu:
Smolen: Czerniechouiæq; Nec non Suecor Gothor Vandalorq; Hæreditarius Rex.
Significamus Præsentibus Lris Nris quorum interest Vniuersis et Singulis. Pro-

Lu:

ductas esse coram Nobis Lras pargamenas manu Sermi Dive Memoriæ
Vladislai Quarti Fratris et Predecessoris Nri desideratissimi Subscriptâ
Sigillog Regni pensili firmatas, Confirmationem Compositionis et Ordi-
nationis Certæ, de et Super Laboribus et Oneribus in Originali Suo expres-
sis, Villæ Nræ Chlina ad Tenutam Zarnoviecen pertinen, in se continen-
tes, Sanas, Saluas, et illæsas, omnig Suspicione Vacuas. Supplicatumg No-
bis est, Vt easdem Authoritate Nrâ Regia approbare, confirmare, et ratifi-
care, ac circa illas seu Veriùs Compositionem et Ordinationem Origina-
lem Villam dictam Chlina benigne conseruare dignaremur. Quarù
quidem Lrarum Tenor genuinus Sequitur talis. Vladislaus Quartus
Dei grâ Rex Polonia Magnus Dux Lithuania Russia Prussia Masoú.
Samogitia Liuoniag: Necnon Sueciæ Gothiæ Vandaliæg Hæredius Rex.
Electus Magnus Dux Moschorum. Exhibitas Nobis esse pro parte Ne-
thonum et Incolarum Villa Nræ Regalis Chlina, ad Tenutam Zarnovie-
censem pertinen Lras Priuilegij Serenissimi olim Sigismundi Primi Ab-
aui Nostri, Compositionem et Ordinationem de et Super Laboribus et One-
ribus, in eodem Priuilegio expressis, per eosdem Incolas præstan, in se con-
tinentes. Quod Priuilegium Serenissimus olim Sigismun III Parens
Noster desideratissimus approbauit et confirmauit: Et ex Priuilegio illius
manu propriâ Subscripto, Nobis quog Authentice exhibito, cognouimus.
Supplicatumg Nobis fuisse pro parte eorundem Incolarum, Vt Nos quog
idem Priuilegium approbare, innouare, et confirmare, eosg circa illius
conseruare et manutenere dignaremur. Nos itag Vladislaus Quartus
Rex Supra memoratus, et si circa felicissimam Coronationem Nostram
omnia Iura, Libertates, et immunitates Subditis Nris in Vniuersum
Sacrosanctè promiserimus conseruatiuos: Nihilominus ex Speciali grâ Nrâ
Regiâ eisdem Incolis Villæ Nræ Chlina, hocce illorum Priuilegium ac
alia Iura, Libertates et immunitates, in quantum Vsu earum habetur
approbamus, innouamus et confirmamus, eosg circa illa conseruamus
et manutenemus. Quod ad notitiam omnium quorum interest, no-

mina-

minatim Vevò Terrutariorum Nvorum Zavrouecan, nunc et in futurum exi-
stentium deducimus, iisdemq; mandamus, Vt eosdem Incolas circa præfa-
tam Compositionem et Ordinationem conseruent et manu teneant, neq; ad
alia onera Vltra præscriptum dicti Priuilegij Ordinationis adigant, Pro
gratia Nra. In cuius rei fidem presentes manu Nra Subscriptas Sigillo Re-
gni communiri iussimus. Datum in Conuentu Regni Grali Pacoui8
celebrato Die XV^a Mensis Martij Anno Dni MDCXXXIII^o Re-
gnorum Nrorum Poloniæ et Sueciæ Anno Primo. Vladislaus Rex. Lo-
cus Sigilli Minoris Regni. Thomas Petrus Bielecki. NOS itaq; Jo-
annes Casimirus Rex, Supplicationi præfata benigne annuentes, præ-
inserras Literas, ipsamq; Originalem Compositionem et Ordinationem
in oibus punctis, clausulis, et ligamentis approbam confirmam et ratifi-
cam esse, et circa eandem Subditos Villæ præfatæ conseruandos esse
duximus; prout quidem approbamus, confirmamus, ratificamus et conser-
uamus hoc Priuilegio Nro. Decernen illud, in quantum Vsus eius ha
betur, et Iuri non repugnat, Vim et vobur debita ac perpetuæ firme-
tatis obtinere debere. In quorum fidem presentibus manu Nra Sub-
scriptis Sigillum Regni Subappendi iussimus. Datum Varsauiæ Die
xxx Mensis Junij Anno Dni MDCLXVIII Regnorum Nrorum
Poloniæ et Sueciæ Vero xxi Anno. Joannes Casimirus Rex. Locus
Sigilli secretis, Marcus Caruellarius Regni. Stephs Hankiewic Secus
Regs Mttis. Quas quidem Lras Nos Actis inseribi et ex iisdem si-
de Liter de Verbo ad Verbum depromi Parti affectanti in forma Au-
thentica extradi permisimus. In cuius rei fidem &c Actum et Datum &c.

Oblata Seruitoratus Eg: Grotkau

Conv.

Joannes Casimirus &c Significamus &c Oblatas esse ad Acta &c. Jo: v.p.
annes Casimirus Dei Grâ Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russ:
Prus: Masou: Samog: Liuon: Smolen Czerniechouiæq; Necnon Suecor,

Got:

Gotthorum Vandalorq; Hdvirus Rex. Significamus psentibus Lris Nrīs quorum interest Vniuersis et Singulis tenorem notitiam habituris. Non aliam esse pectoris Nri Regii curam et intentionem peculiari vatione insitam, quam Vt Vivos ingenij sagacitate, verum magnā Scientiā et Longo Vsu non Vno Loco tervarum quasita experientiā celebres, proximisq; Nris adsciscamus Seruitijs, et beneficentia Nrā proseguamur Regiā. Sic enim gratijs et fauoribus Regum et Principum, fortunata crescunt ingenia, apti ad obsequia alliciuntur, Virtuti magnum admouetur calcar, dum Speciali fouentur respectu, illi quorum pre aliis, in arte aliqua praestantior est et excellit ingenij sagacitas. Cum Vero pariter Egregium Venceslaum Gvottkad Aurifecem Natione Bohemum de Vrbe Pragensi Oriundum, talem a fide dignis commendatum Nobis intelligamus. Preterea insignem in Arte ipsius Aurifabrili et Solerti studio compatatam in Exteris Nationibus preserim in Belgio, Scientiam, Vsuiq; Nro conducē accommodabilem, Satis Superq; ex aliquot operibus commendatam habentes, cupientes effectuum ipsius in obsequijs Nris Solidare Officium, Eum in Verum, Realem, et actualem effectuum et Salariatum Artificem, Seruitorem et Factorem Nrum assumendum, coptandum, et in Numerum et Album realium Seruitorum Nrorum adscribendum esse duximus; prout quidem assumimus, cooptamus, et adscribimus tenore psentis Priuilegij Nri. illiq; Pensionem Annuam pro Libitu ac Voluntate Nra ex Thesauro Nostro Regio in Vim actualis Seruitij quotannis pro tempore alijs ad Soluenda Salaria et Pensiones Stato et consueto, numerandam et in effectu percipiendam, realiter breui conredemus et assignabimus. Dantes eidem insuper plenariam facultatem et omnimodam potestatem, Artem suam Aurifabrilem Vbiuis Locorum, in Ciuitatibus et Oppidis Regni et Magni Ducatus Lithuanicī Vtpote Cracouien, Vilnen, Nouo et Veteri Gedanen, Thorunen, Posnanien, Elbingen, Leopolien, Varsauien, Lublinen, Petricouien, alijsq; qui:

gubusuis, tam sub Presentiâ Nvâ, quam absentibus Nobis, sine quavis cunq; Personarũ Officiorũ ac Mgvatuum, Castrensium, Civilium, tum et Contubernioum suspeditione et contradictione Libere et Licite exercendi, Tivores quotquot Voluevit instituendi et instruendi, eosdemq; institutos ac instructos pro more Contubernioum manumittendi, aliis Artificibus seu Contubernijs commendandi, tum et Socios Artificij Sui pro Libitu, tot quot Voluevit, souendi; Mercimonia eiusdem Artis, tam aurea quam argentea, aliaque pretiosiora, tam per se elaborata, quam aliena, et ex quibuscunq; Locis seu Terris aducta, tum et alias Merces cuiuscunq; generis, Materiei et Speciei fuerint, Vndecunq; acquisitas, in dictis Civitatibus et Oppidis Verum exponendi, Institas et Fornices seu Officinas Aurifabriles conducendi, emendi, tenendi et possidendi, Liquores omnis generis et speciei propinandi, Cereuisiam et mulsum braxandi, crematum preparandi, ac prout ipsi Visum fuevit, diuendendi, eaq; omnia sive in Regno et Dominijs ei annexis, pro Nvo Avlaq; Nvâ Regiâ et Suo commodo conquirendi, sive extra Regnum Vbiuis gentium acquisita, in Dominia Nvâ inducendi, aduehendi, et per Civitates ac Oppida Nvâ, tum et extra Oras Regni Nvi diuehendi, distrahendi, et iuxta placitum Suum conuertendi. aliisq; omnibus Iuribus, Libertatibus, Prærogatiuis et Immunitatibus, quibus alij veales Seruitores et Factores Nri Vtuntur; gaudendi et fruendi, ad extrema Vita sua tempora. Præterea eundem Egregium Venceslaum Gvottkau cum persona, Bonis, ac Mercibus illius, a quibusuis Iudiciorum et Officiorum Iuribus, Iurisdictionibus et Processibus tam Terrestribus Castren et quibusuis Ciuilibus et Contubernalibus, eximimus, excipimus, et Libertamus; Ita Vt coram nullo alio Iudicio et Officio nisi coram Nvo et Magnificorum Marschalcorum Regni et Magni Ducatus Lithuanica Curiaq; Nra, in quibuscunq; Causis et Actionibus, ratione quarumuis rerum, iniuriarum, et præteritorum (Fundi tantum et Contractus exceptis;) comparere, respondere, Iudicatum sive illius Executionem tam sub residentia Nvâ, quam absentibus Nobis, teneatur et Sit adstrictus. Quo vero Vberiorem Nram agnoscat gvatiam, eundem à Iure Vadus et Impetitione Fisci Nri Regij immunem

ac

ac Liberum de plano facimus ac pronuntiamus; ipsiq; facultatem et Licentiam, Bonis Suis omnibus Mobilibus et Immobilibus, ac Summis quibusuis pecuniarijs, per Testamenta, Codicillos, modo Donationis inter Vivos ac aliàs Vltima Voluntatis Tabulas et Ordinationes disponendi et pro Libitu Suo ordinandi damus et concedimus; Insimulq; eundem ex Speciali Nra gratiâ, iuxta aliorum realium et Salvatorum Opificum, Seruitorum et Factorum Nrorum Libertates, ab omnibus Exactionibus, Orevibus, et Exactionibus indebitis et iniustis Liberum esse debere declaramus. Quod ad notitiam omnium quorum interest praesertim Vero Marschalcorum Magnificorum et Officialium Regni et Magni Ducatus Lithuaniae et Curiae Nrae, tum Castrensium, Terrestrium, Civilium, Officiorum et Magistratuum et Contuberniorum quorumuis deducen, habere Volumus et Serio mandamus. Vt ipsum Egregium Venceslaum Grottkau Aurifabrum, Seruitorem et realem Factorem Nrum, circa praemissas gratias, Libertates, et immunitates ipsi de expressa Voluntate Nra ob eximiam et Subtilem in Arte eius Scientiam, concessas et impertitas, tum et circa alia Iura, Praerogativas et immunitates, de Iure Vel continuâ praxi Seruitores Nros reales consuetudinem inuiolabiliter conseruent et manuteneant, ipsum abhinc pro Vero realiq; Seruitore Nro habeant et agnoscant, et ab impetitione quarumuis personarum tueantur ac defendant, ab aliisq; conseruari, manuteneri, tueri ac defendi curent. Pro gratia Nra et Officiorum Suorum debito. In cuius rei fidem praesentes manu Nra Regiâ Subscriptas, Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsauiae Die x x x^a Mensis Junij. Anno Dni MDCLXVIII Regnor Nrorum Poloniae et Sueciae x x Anno. Joannes Casimirus Rex. Locus Sigilli pensilis, Marcovis Cancellarius Regni. Stephs Hankiewic Secus Reg^s Mtis. Quas quidem Lras re-

Communicão Iuris G. Plichtom Coniugibus.

Cond.
Ex.

Joannes Casimirus &c. Significamus &c. Gratâ recolentes memoriâ Singularia in Nos et Rempub: à longo tempore Vavijs in Expeditionibus bellicis non sine magno Vitæ fortunarumq; discrimine contestata Grosi Constantini Michaelis Plichta merita; Faciendum duximus, Vt Ius Aduitalitium quod ipsi Super Tenutam Stuzelce dictam ac Villas Mijstowria, Lucien et Ruda Vocatas, attinentiasq; et Aduocatias ibidem Spectantes in Palatinatu Rauensi et Terra Gostinensi Sitt'et consisten' seruit atq; competit, Consorti quoq; ipsius Legitima Grosa Anna Constantia Stujbulowna Communicauimus; prout quidem communicamus Presentibus Litis Nostris. Ita Vt prafatam Tenutam Stuzelcensem Villasq; Superius descriptas, ac Scultetias, cum omnibus edificijs, Structuris, Curijs, Pradijs, agris, pratis, campis, Syluis, Nemoribus, Lacubus, Stagnis, pratis, Molendinis, Tabernis, Subditis, eorum Laboribus, emolumentis, aliisq; attinentijs et pertinentijs antiquitus eò Spectantibus, non Solùm prafatus Grosus Plichta, Verum etiam membrata Grosa Anna Constantia Stujbulowna Consors ipsius, ambo in Solidum teneant, habeant et possideant ad extrema Vitæ Sua, siue alterutrius eorum Superstitis tempora. Promittentes pro Nobis et Sermis Successoribus Nris, non esse Nos, neq; Serenissimos Successores Nros, ab Vsu et pacifica possessione dictorum Bonorum seu Tenuta Stuzelcen', eiusq; attinentiarum ac Villarum earum antiquitus ad eandem Tenutam Spectantium, memoratos Grosos Coniuges, quoad Vixerint, Vel alterutrum eorum Superstes fuerit, amoturos; aut alienaturos; neq; amouendi aut alienandi cuipiam potestatem daturos: Sed Saluum et integrum Ius Aduitalitium Vtriq; eorum in Solidum conseruaturos, Quod et Serenissimi Successores Nri prastabunt. Ratione cuius Aduitalitatis, primo anno possessionis Quadruplicem, Sequen' vero singulis annis Duplicem Prouentuum Quantam Partem Statu tempore Ratam in Thesaurum Regni inferent. Iuribus Nris Regalibus, Reipublica, Ecclesiaq; Catholica Saluis manentibus. In cuius rei fidem Presentes manu Nra Subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datt' Varsauia Die XXX Men.

sis

sis Junij Anno Dñi MDCLXVIII. Regnorũ Nostrorũm Poloniæ XX Sueciæ Vero XXI Anno. Joannes Casimirus Rex. Locus Sigilli Maioris Cancellariæ Regni. Steph̃s Harkiewic Secr̃s Reg.s Mt.is.

Oblata Secretariatus G.ti Ladowski.

Cvl. vtp. Joannes Casimirus &c Significamus &c. Quòd Veniens personaliter ad Acta præsentia Metrices Regni Cancellaria Maiovis Gnosus Mathias Martianus Ladowski, eiusdem Cancellariæ Notarius, obtulit Literas binas Papireas infra Scriptas, Sibi Offerenti Servientes. Primas quidem manu Rnæ Regiæ Subscriptas, Sigillog Regni Maiore communitas, Munus vacalis Secretarij Nri Regij, eidem à Nobis benigne collatum: Alteras Verò Rotham Juramenti per eundem Offerentem, super eidem Munus Secretariatûs fideliter gerendum coram Magnifico Joanne Comite de Leszno Leszczinski Oti Supremo Cancellario Regni, Maiovis Poloniæ Gnæli Marienburgen &c Capitaneo, in Præsentia Magnifici Joannis Francisci Zubowicki Castellani Volhinia et Gnosi Joannis Bonaventuræ Kwasinski Referendarij Regni, Varsavien &c Capitanei: Tum Nobilis Joannis Stanislai Zbgski Decani Lovicien Custodis Sendomivien, Varsavien Canonici et Gnosi Stephani Harkiewic Decretorum Volhinia Notarij Actorum Metrices Regni Cancellaria Maiovis Præfecti Secretarij Nri, Nobis ex præscripto Legum publicarum flexis genibus et ad Crucem digitis binis positis Legitimè præstiti, manibus eiusdem Magnifici Supremi Cancellarij Regni, ac præfatorum præsentium Subscriptas, in se continentes, Vtrasq; Sanas, Salvas, illæsas, omniq; Suspitionis nstã Vacuas. Quarum quidem Tenorem Ut potè privilegiorum Videlicet Secretariatûs Nri Tenor sequitur estq; talis. Joannes Casimirus Dei grã Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Mazouiæ Samogitiæ Kioviæ, Volhinia, Livoniæ, Smolen Czernichouiæq; Necnon Suecor Gothorũ Vandalorũq; Hæreditarius Rex. Signi-

fi-

ficamus Præsentibus Litis Nris, quorum interest Vniversis et Singulis. Quam-
uis nihil quam Vulgi plausu clarescere Virtus appetit, opisq; nullius indi-
get externa, quia recta facienti merces est fecisse: attamen quemadmo-
dum perinde est non esse et ignorari vel non apparere: ita celata Vir-
tutis, parum à non Virtute distant silentia. Quid enim submersa
tenebris prodevit? in Luce collocanda est, et cæterorum pectora sic pra
miata exemplo ad egregia pariter facta, consecrandasq; æternitati actio-
nes, et subeundos quosuis pro Bono Publico Labores accendantur: Felices
enim eas Respublicas existimamus, ubi Virtutis et meritorum certamen ho-
noribus provocatur. Hinc cum in Grosso Mathiâ Martiano Ladowski Regni
Cancellaria Notario per Virtutem, illibatam fidem et in Laboribus non Vul-
garibus animi dotibus tractari Solitis, constantiam, ab aliquot annis, ad
Aulam et in Castris Nostris contestata merita, multorum quidem Regni Con-
siliariorum oculis conspecta, Nobis vero per eosdem ac Senatum Magnificum
Joannem Comitem de Leszno Supremum Regni Cancellarium, Maiorisq; Polonie
Gnalem Mariaburgen si Capitaneum, impensius commendata perpendamus,
non possumus, nisi hos præclaros conatus et promptum de Nobis benemeren-
di Studium ad Ulteriora Succendere, ipsumq; primario gratiæ Nræ au-
ctoramento exornare, prout præfatum Grosum Mathiam Martianum
Ladowski in numerum et ordinem vealium Secretariorum Nrorum assumimus,
cooptamus, et adscribimus hocce Privilegio Nro, Tribuentes ipsi plenam et o-
mnodam facultatem, Actus quosuis publicos et Commissiones, Inquisitiones,
Deputationes Nras è dignitate Nra peragendi, perficiendi, omnibusq; in-
super Juribus, prærogativis, et immunitatibus, quibus reales cæteri Secre-
tarij Nri gaudent et utuntur, Libere gaudendi et utifruendi. Quod
ad noticiam eorum quorum interest, præsertim vero Dignitariorum et Offi-
cialium Regni Curiæq; Nræ deducentes, volumus: Ut præfatum Grosum
Ladowski pro veali et actuali Secretario Nro habeant et agnoscant, ipsi
de Juribus, Prærogativis et immunitatibus reliquos Secretarios Nros reales
concernentibus provideant et respondeant, ab aliisq; responderi curent. In cujus
Nra. In cujus rei fidem Præsentes manu Nra Subscriptas Sigillo Regni
communiri mandavimus. Dabantur Varsaviæ Die xxx Mensis

Junij

Junij Anno Dñi MDCLXVIII° Regnorũ Nrorũm Poloniæ xx Sueciæ vero xxi° Anno. Joannes Casimirus Rex. Locus Sigilli Regni Maioris. Stephanus Hankiewic Secrius Regiæ Mtis. Secundarum vero Literarum. sempè Supratacti Juramenti Series est eiusmodi. Ego Mathias Mattiasius Zadowski Juro, quia Serenissimo Principi et Domino Domino Joanni Casimiro Regi Poloniæ eiusq; Serenissimis Successoribus fidelis ero; oia negotia mihi à Suis Maiestatibus commissa fideliter exeguar, Secreta guamiti pev Sacvam Regiam Mtem, Consiliarios ac Officiales eius dicentur, non revelabo. Sic me Deus adiuvet et Jesu Christi Passio. Actum Varsaviæ Feriâ Tertiâ in Crastino Festi Visitationis Beatissimæ Virginis Mariæ Anno Dñi MDCLXVIII°. Juxta Rotham hanc, Juramentum præstitit flexis genibus, et ad crucem digittis binis positis, idem Dominus Zadowski Die Tertiâ Mensis Julij Anno Dñi Millmo Sexcentmo Sexagmo Octavo. Præsentibus infra scriptis. Inscribatur in Regestrum Secretariorũ. Joannes de Lesno Supremus Cancellarius Regni, Joannes Franciscus Lubomirski Castellanus Volhijnia huic actui præsens. Joannes Bonaventura Krasinski in Krasne Referendarius Regni. Joannes Stanislaus à Pogorzyn Pogorski Decanus Lou: E.V.C.S.R.M: Stephanus Hankiewic Regiæ Mtis Secretarius et Decrorum Volhijnen Nrias. Quas guidem tam Secretariatus, guam Rothæ Juramenti præinsertas Literas, Nos vatas, firmas ac Validas habere Volentes, Actis hisce ingrossari, et ex iisdem fideliter de Verbo ad Verbum depromptas, Parti affectanti in forma Authentica extradi permisimus. In guorum fidem &c. sen Sigillum Regni est appressum. Actum et Datum Varsaviæ die et Supra.

Casimirus Lomzeñ Gñ. Pva-
zmowski Vexillifero Volhijniæ confert.

nrp. Joannes Casimirus &c. Significamus tt Publici Decoris Boni q̃ Mater,

est

est mens regentis: et quale fuevit Dominantis arbitrium, talem pavit Li:
bertatis fructum. Cum enim Reges à recte agendo Vocati sint, et recte faci-en-
do Regis nomen tueantur, recte vero facere, nihil aliud, quam, quod omnium
Virtutum causa et officina est, Justitia: nempe premiavi bonos, malos q3
coercere paris. Placuit Summam esse illius imperii felicitatem, Ubi non sunt
Principis beneficiorum capaciores nisi meliores; illud porro, quod indignis
improbisq3 datur, non solum pevire, verum etiam, quod pessimum est, viam,
ne bonum amplectantur, obstruere solere. Hinc Nos à primo felicis re-
giminis Nri tempore, inter maximas solicitudinis Nra partes nunquam non
observauimus, Ut quod iustum ac æquum est, Cives de Nobis ac tota Republica
bene meritos Regio favore Nro ac munificentiâ non dedignaremur complecti,
rati eò aptiores ad omnem occasionem publicam reddi posse. Profectò Ge:
nerosus Albrachtus Prazmowski Palatinatûs Volhiniæ Vexillifer Varecen
Capreus Noster ut is est, qui non modò domestica Virtutis Summam
excelso animo complexus, sed plerosq3 eorum, quos Populavis magis plau-
sus, quam proprii decoris census Fama consecrat, Gestorum eminentiâ
Supergressus est. Vir ad Heroica natus, nunquam se se non accingere
bellis assuetus, et pectus suum, inter armorum fulmina, deferre; In quo
gladij experirentur, quam constanti fide, pro Nobis et Patria ageret, perí-
cula et mortes computaret in Lucro. At magnus spiritus, quo hucusq3
agitur, auidus gloria, Ut prudentiâ ac dextevitatis sua monumentum re-
linquat deponens, Ubilicet, Sagum, Actui Rerum publicarum, Summa Vo-
luptati sibi ducit, Salutem ac fortunas suas vel cum maximo dispendio
accommodare. Quas quidem Nos ipse Virtutes, fidem, prudentiam, dexteri-
tatem, zelum Boni publici, atque favore Nro Regio complectentes, eiusq3 a-
pacitatis ignaculos, ad maiora præstando a Bona, inexstinctos esse cu-
pientes, dignum esse censuimus, quin ei Capreatum Nrum Jurisdictiona-
lem duntaxat Zomzen, post abdicationem Capreatûs Nri Varsavien Juris-
dictionalis per Grosum Bonaventuram Kwasinski Zomzeń Capreum Nrum
Vacantem, ad Nos deuoluim, duximus et conferremus; Prout quidem

cum

cum Jurisdictione Capitaneali, et cum omnibus Juribus, prærogatiuis, immu-
nitatibus, obuentionibus, commodis, cæterisq; attinen et pertinentijs ad eund.
Capneatum duntaxat Jurisdictionalem antiquitus de Lege, vel recepto more
spectantibus, tenendum, habendum, obeundumq; damus et conferimus per præ-
sentes, ad extrema Vitæ illius tempora. Promittentes pro Nobis et Seren.mis
Successoribus Nris, non esse Nos, Serenissimosq; Successores Nros, eundem Gnosum
Vexilliferum Volhiniæ, ab Usu et pacifica possessione, functionisq; Capita-
nealis munere amoturos, neq; amoueri, cuipiam facultatem daturos: Sed Sal-
uum et integrum Jus Adunitalitium eidem Servaturos. Juribus Nris Regali-
bus, Reipublicæ, Ecclesiæq; Catholicæ Saluis. Quod ad notitiam omnium quo-
rum interest præsertim vero Dignitariorum ac Officialium Palatinatus Ma-
zouiæ, totiusq; Nobilitatis Terræ Zomzen deducen. mandamus, Ut memorati
Gnosum Albrachtum Prazmowski Vexilliferum Volhiniæ Varecen. in Capneum
Nrum pro Vero et Legitimo Capneo Nro Jurisdictionali Zomzen habeant et
agnoscant, eiusdemq; Jurisdictioni Capitaneali pareant, Tum circa Hasce
Lras Nras inuiolabiliter conseruent et manutenendant. Pro grâ Nra. In quo-
rum fidem Lras manu Nra subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus.
Datt Varsauiæ Die XXV° Mensis Maij, Anno Dni MDCLXVIII°
Regnor Nrorum Poloniæ XX Sueciæ vero XXI Anno. Joannes Casi-
mirus Rex. Locus Sigilli Majoris Cancellariæ Regni. Steph. Hankiewicz Secr.
Regis Mtis.

Tribunatus Drohiciensis Gn: Sobolewski.

Conv. Joannes Casimirus &c Significamus. Præstantes Gnosi. Adami Sobolewski
v.p. Virtutes, quarum cum debito Nobilitatis genere, singulari dexteritate, et bene de Mo-
bis ac Republica merendi Studio probata dedit Specimina, facilè ad eundem no-
uo dignitatis titulo exornandum, Regium Nrum animæ affectum. Quod, Ut re
ipsâ consequatur, et ad promouendum ferat alacrior; faciendum duximus, Ut
illi Tribunatum Drohiciensem, post ascensum Gnosi Joannis Vladislai Skolimow-
ski Tribuni Drohiciensis in Subiudicatu Terræm Drohiciensem, damus et conferre-
mus

mus; prout damus et conferimus praesẽ Lris Nris; per eum tenẽ, gerẽ et obeundi cum ꝯibus Juribus, Prærogatiuis et Obuentionibus ad extrema Vita ipsi tempora, vel maiꝛis dignitatis assecutionẽ. Quod ad notitiam oꝝ et Singulorum Dignitariorũ Officialium totiusq; Equestris Ordinis Terræ Drohiciẽ deducẽ mandamus: Vt memoratum Gnosum Adamum Sobolewski, pro Vero et Legitimo Tributo Drohiciensi habeant et agnoscant, eiq; de Loco et Juribus, et prærogatiuâ respondeant, respondereq; curent. Pro gratia Nra. In cuius rei fidem praesentes manu Nra Subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsauiæ Die XXV. Mensis Maij Anno Dñi M.D.CLXVIII. Regnorũ Nrorum Poloniæ XX Sueciæ vero XXI Anno. Joannes Casimirus Rex. Locus Sigilli Maioris Cancellariæ Regni. Stephs Hankiewic Secus Regs Mtis.

Actum Varsauiæ Feriâ Quintâ post Festum Nativitatis Beatissimæ MARIAE Virginis proximâ Die Scilicet Decimâ Tertiâ Mensis Septembris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Octauo.

Ad Relationem Illustris Dñi Supremi Cancellarij Regni.

Consensus Cedendi Gnosis Gostanvskim Coniugibus.

Joannes Casimirus &c. Significamus &c. Consensisse Nos et permisisse consentire et permittere Gnosi Michaeli Gostanski et Izabellæ primanum olim nuptiali Szijpowska, Secundarum Gostanska, Vt possint et Valeant de omni et integro Jure Suo Aduitalitiali, quod ipsis Super Bona seu Tenutas Szijce cum Villa Dzworowice Szijpowice et Sierbowice, Zeserag, Zgdow, cum Prædijs Aduocatijs, Sculletijs, Hoꝛtulanis, Nowawieś dictis, Molendino Jasurzek dicto, in Fundo Szijpowice et

Cons. Ex.

Fluuio

Fluuio Kitijnia existen in Palatinatu Cracouien et Districtu Lelouien Sitt, seruit
et competit, cedere et condescendere, illudq in person
. plenarie transferre et transfundere. Quas quidem es-
sio Iuriscq transpisio posteaquam coram Actis quibuscunq Regni Authenticis facta et re-
cognita fuerit; Nos eam ratam et gratam, vti quo p[ræ]sentib hoc Consensu Nro facta et
recognita fuerit, habituri sumus. Vigore cuius Cessionis presentisq Consensus Nostri p[ræ]s-
fat' Cessionar' memorata Bona cum omnibus Prædijs, Curijs, Structuris, Adificijs,
Agris, pratis, campis, pascuis, Syluis, Nemoribus, vubetis, Stagnis, Piscinis, Lacubus, fluuijs,
omnibus Molendinis, Tabernis, Apistenijs, Subditis Coloronibus, Horulanis, Inquili-
nis, eorumq laboribus, censibus, prouentibus, commodis et vtilitatibus: casterisq attinen
et pertinentijs ad eadem Bona ab antiquo et de presenti spectantibus et pertinentibus,
teneb: habeb. et possideb. ad extrema Vitæ Suæ tempora. Promittentes pro
Nobis Serenissimisq Successoribus Nris, nos esse Nos Serenissimosq Successores Nros, ab
Vsu et pacifica eorumdem Bonorum seu Tenutarum Szyca cum villa Dzwonowice, Szij-
powice et Surbowice deserta, Zedow cum Prædijs, Aduocatijs, Sculetijs, Horulanis, No-
ualijs dictis, Molendino Januszek dicto in Fundo Szijpowice omniumq attinentiarum
eius dict'. possessione amoturos,
et alienaturos, neq; cuipiam potestatem amouendi aut alienandi daturos: Sed Saluum et
integrum Ius Aduitale ipsi conseruaturos. Quod et Serenissimi Successores Nri p[ræ]sta-
bunt. Ratione cuius Aduitalitatis primo possessionis suæ anno Quadruplicem, se-
quentibus vero annis, Solitam Qualtam Prouentuum Partem Rauam quotannis in
Thesaurum Regni de p[ræ]fatis Bonis inferre tenebuntur. Iuribus Nris Regalibus,
Ecclesiæ Catholicæ et Reipubcæ Salutis. In cuius rei fidem p[ræ]sentes manu Nra Sub-
scriptas, Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsauiæ Die XXX^a Men-
sis Julij Anno Dni MDCLXVIII^o Regnorum Nrorum Poloniæ et Sueciæ XX
Anno. Joannes Casimirus Rex. Locus Sigilli Maioris Cancellariæ Regni Steph^s Han:
kiewic Secr^s Reg^s Mt^is.

Consensus Cedeñ Scultetiâ Nobi Hie-
ronimo Lipinski.

Cons.

Joannes Casimirus &c Significamus &c Consensisse Nos consentireq p[ræ]sentibus Li-
teris Nris, Nobili Hieronimo Lipinski, Vt possit et Valeat de Jure suo Ad-

uitali

uitali, Sibi super Sculteticm in Villa Kovijczanij Capneatûs Zavnourecen consistentem, Seruien, Nobilibus Paulo Bolarowski et Annâ Folodkowska Coniugibus Verisq; in solidum cedere; illudq; in personas eovumdem transferre et transfundere. Quod quidem Cessio Iurisq; transfusio posteaquam coram Actis quibuscunq; Regni Nri Authenticis facta et recognita fuerit, Nos eam ratam et gratam habituri sumus. Uti quod de Consensu Nro peragetur. Vigore cuius Cessionis & sentisq; Consensus Nri, prænominati Coniuges dictam Sculteticm cum omnibus Suis Agris, pratis, campis, Syluis, fluuijs, lacubus, Piscinis, attinen et pertinentijs Universis antiquitus ad dictam Sculteticm spectan prout ipsemet Hieronimus Lipnicki tenebat et possidebat, tenebunt, habebunt et possidebunt in solidum ad extrema Vitæ Suæ tempora. Promittimusq; pro Nobis et Serenissimis Successoribus Nris, non esse Nos Serenissimosq; Successores Nros, prænominatos Coniuges ab Usu et possessione Supra scripta Sculteticæ amoturos, amouendiq; aut alienandi potestatem cuipiam daturos: Sed Saluum et integrum Ius Adulitale eisdem quoad Vixerint conseruaturos Post eorum, vero decessum, non prius Dispositio eiusdem Sculteticæ ad Nram vel Successorum Nrorum dispositionem vebibit, deq; Successores sæpedictorum Coniugum cedere tenebuntur, donec Summa ibidem Legitime inscripta in Literis Originalibus expressa, vel ex Taxa Commissariorum prouenies, iisdem Successoribus integre numerata et persoluta fuerit. Iuribus Nris Regalibus, Reipublicæ, Ecclesiaq; Catholica ibidem in toto saluis manentibus. In quorum fidem Cesares manu Nra subscriptas, Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsauiæ Die xxx^a Mensis Julij Anno Dni M D C LXV III Regnorum Nrorum Poloniæ et Sueciæ xx Anno. Joannes Casimirus Rex. Locus Sigilli Joris Cancellaria Regni. Stephs Hankiewic Secis Reg^s Metis.

Consensus cedendi G. Goslawskim.

Joannes Casimirus &c. Significamus &c. Consensisse Nos et permisisse consentire q; et permittere, Generosis Michaeli Goslawski et Izabellæ primarum olim Nuptiarum Szijpowska, Secundarum Goslawska, Vt possint et valeant de omni et integro Iure Suo Adulitalitiali quod ipsis Super Bona dicta Szijpowice in Palatinatu Cracouien et Districtu Lelouiensi Pitt seruit et competit cedere, et condescendere, illudq; in Person . . . . . plenarie transferre et transfundere. Quod quidem Cessio Iurisq; Transfusio, posteaquam coram Actis quibuscunq; Regni Authenticis facta et recognita fuerit, Nos eam ratam

habituri

Cons
Ex.

habituri sumus Vti eam, quâ Quivis Consensu Nro peragetur. Cuius Cessionis Consensûs Nri Vigore, dicta Bona cum omnibus Agris pratis, campis, hortis, Syluis, Nemoribus, Lacubus, Stagnis, Piscinis, Molendinis, Tabernis attinen: et pertinentijs, commodis et emolumentis Antiquis ab antiquo eò spectantibus, quatenus . . . . . tenebunt habebunt et possidebunt ad extrema Vitæ suæ tempora. Promittentes pro Nobis Sernisq; Successoribus Nris, Nos esse Nos, Sernosq; Successores Nros, eosdē ab Vsu et pacifica possessione supra dictorū Bonorū amoturos, amouendiq; potestatem cuipiam daturos: Sed Salvum et integrum Ius Aduitale ipsi conseruaturos: Quod et Sereniss Successores Nri prastabunt. Ratione cuius Aduitalitatis, primo Possessionis sua Anno Quadruplum, Sequentibus verò Annis Solitam Quartam Prouentus Partem Ranam quotannis in Thesaurū Regni de quatis Bonis in pace tenebuntur. Juribus Nris Regalibus, Ecclesiæ Catholicæ et Reipublicæ salvis. In cuius rei fidem Ego manu Nra Subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Dat Varsauiæ Die XXX^{a} Mensis Julij Anno Dñi MDCLXVIII Regnorum Nrorum Poloniæ et Sueciæ XX Anno. Joannes Casimirus Rex. Locus Sigilli Jovis Cancellª Regni. Stephs Harkiewic Secr^{s} Reg^{æ} Mttis.

Commissio ad dislimitanda Bona Regalia ex parte Gñ Rupnionski.

Conf. Joannes Casimirus &c. Grosis Hiacynthō à Lubvaniec Dąmbski Biecen, Alexandro Dersniak Małogosten Radosicen et Małogosten Capitaneo, Paulo Stokowski Osuięcimen Castellanis, Melchiori Michałowski Dapifero Rozanensi, Stephano Xięski Vice Capneo et Burgrabio, Stanislao Rozanka Notario Castren Cracouiensibus, et Camerario Quartiali Districtus Lelouien, Christophoro Modrzewski Tribuno Halicien, Thomæ Humentowski, Adamo Masłomięcki, Jacobo Siemonski, et Joanni Groth Sincerè et Fideliter Nobis Dilectis, gratiam Nram Regiam,. Grosi Sincerè et Fideliter Nobis Dilecti. Intelleximus ex Relatione Commissionalium Nrorum excitas esse differentias occasione Limitum inter Bona Nra Regalia Capitaneatus Lelouien ad Quos ex parte Grosi Christophori Michaelis Rupnionski Tribuni Palatinatus Cracouien existentia, ab Ora: et hæreditaria ingressa scripta Vt pote Villam Woznicki Grosi Joannis Knita Villam Zagorze Grosorum Zagurskich et alionū Possessoni Villam Bodzechowice

Ex.

Succorum

Succovum Grosi olim Stanislai Otwinowski ad ꝙsens possessionis Grósd Rudnicka eidem Capreatui Lelouiensi Vicina et colimitanea, parte ab altera. Quas quidem differentias sopiri et complanari, simul etiam Bonorũ Nrorum indemnitati prouidere cupientes, Sinceritatibus et Fidelitatibus Vris de quorum fide, integritate, et in rebus tractandis peragendisq negotijs difficilioribus prudentiâ et dexteritate persuasi sumus, id negotij committendum esse censuimus; committimusq ꝙsentibus;: Requirentes diligenter, quatenus captato certo die et tempore competenti, ad Bona differentiata ꝙfatarum descendant, ibidemq Vocatis ad sui presentiam, Litteris Nrotescentialibus, Partibus, quarum interest, Jurisdictionem Commissorialem in Uno Loco fundent, fundatamq in alijs Locis delimitandis per Ministerialem publicari faciant. Tum deinde Propositiones, allegationes et Controversias Partium excipiant, auditisq probationibus fide dignorum, ac Testimonio, etiam prout opus fuerit Corporali Juramento firmatis, tum quoq Signis Metalibus, si quid ab antiquo extiterint, compertis, et re, veritateq occulta subiectâ, neutri Partium fauendo, sed solum Deum et Justitiam prae oculis habentes, eadem Bona Nra Regalia, à ꝙdictis Terrestribus distinguant et delimitent. Nouis Scopulis ac Signis Metalibus consistent, et ex omnibus Partibus circumscribant, adhibito ad eandem Delimitationem si id visum et necesse fuerit, Juvato Geometrâ. In quo Conscientias Sinceritatis et Fidelitatem VV. observatas esse Volumus. Quidquid vero per eandem hocce in negotio constitutũ fuerit, id pro firmo et rato habituri sumus et à Partibus oibus firmiter teneri et observari Volumus. Absentiâ Unius, Duorum, pluriumue non obstante, modo ii qui et quot de Jure adesse debent, adsint ex Sincer: et Fidel: VV. Factura id ipsum Sincer: et Fidel: VV. Pro grâ Nra et hac Speciali Commissione Nra Dat Varsauiæ Die xxx Monis Julij. Anno Dñi MDCLXVIII° Regnorũ Nrorum Poloniæ et Sueciæ xx Anno. Joannes Casimirus Rex Locus Sigilli Jovis Cancellæ Regni. Stanislaus Lipski Pl. Loc: Cancell. Regni.

Communicatio Juris Aduitalitij G. G. Fachinettom Conjugibus.

Conv.
a.J.

Joannes Casimirus &c Significamus &c Merita Grosi Joannis Baptistæ Fachinetti Aulici Nri et Postarum Nrarum Pacouien Magistri, quæ mariora indies cum commodo Nro et Reipubcæ agnoscimus, continuo gratiæ Nræ relevare cupientes testimonio, facienda esse duximus, Vt Jus Aduitalitium, quod ipsi Super Villam Nram Preizchawice dictam in Palatinatu Cracovien sit et iacere, servit et competit, Nobili quoq; Mariannæ Burskowska Coniugi ips Legitima communicaremus: prout quidem communicamus et tribuimus præsentibus Literis Nris. Quam quidem Villam cum omnibus Agris, pratis, campis, Silvis, Nemoribus, Molendinis, Taberniis, Subditis, eorum Laboribus, Censibus, datiorib⁹, Prouentibus, Vniuersisq; attinentijs, fructibus, commodis, et emolumentis ad dictam Villam ex antiquo Spectantibus, iidem Coniuges tenebunt, habebunt et possidebunt ad extrema Vitæ suæ Vel alterius eorum Superstitis tempora. Promittimusq; Nro et Serenissimorum Successorum Nrorum nomine, non esse Nos, Serenissimosq; Successores Nros, quo fatos Joannem Casimirum Baptistam et Mariannam Coniuges ab Vsu et pacifica possessione dictæ Villæ amoturos: neq; amouendi aut alienandi cuiquam potestatem daturos: Sed Salvum et integrum Jus Aduitalitii ambobus in solidum Vel alterutri eorum Superstiti conservaturos. Quod et Serenissimi Successores Nri præstabunt. Ratione cuius Aduitalitatis solitam Quartam Prouentuum Partem iuxta Constitutiones Regni antiquas et novellas quotannis Ranam inferre tenebuntur. Juribus Nris Regalibus, Reipublicæ Ecclesiæq; Catholicæ Salvis. In cuius rei fidem præsentes manu Nra Subscriptas, Sigillo Regni communiri iussimus. Dat Varsaviæ Die XVII Mensis Augusti Anno Dni MDCLXVIII° Regnorum Nrorum Poloniæ et Sueciæ XX Anno.

Joannes Casimirus Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni. Joannes Wotowski Canicus Culmen Secis Reg & Mtis regiæ.

Salvus Conductus Fam: Boydt.

Conv.

Joannes Casimirus &c Significamus &c Obtinuisse certas Personas in diversis Subselijs præsertim vero in Judicijs Nris Assessorialibus Pœnas Banitionum perpetuæ et Infamiarum super Magistratu et tota Communitate Civitatis Nræ Tolkmicensis. Ob Solutionem certorum debitorum in vem et necessitatem Civitatis contractorum non præsolutionis. Et sicuti relatum est Nobis per certos Consiliarios Nros, Cives privatos Tolmicen qui gratia quæstandi Victus Civitates, Oppida, Regni Nri cum Mercibus suis pro Nundinis adeunt ips maxime turbari, Processibus aggravari, ad Judicia et Officia tam Terrestria Castren Palatinalia Vicepalatinalia, quam Civilia indefi-

lite

bitè et iniustè euocavi, personas Mercesq; ipsi Avesto innodavi. Idcirco Supplicatè Nobis nomine Famati Jacobi Boijdt Scotti Tovunen Seruitoris Nri Vt ipsum in protectionem Nram Regiam recipere, eidemq; Lris Salui Conductus Nostri subuenire dignaremur. Cui Nor Supplicationi Vti iusta benigne annuentes, eoq; attento quòd ab ipso Vti priuato Quo nulla Summa in vem Ciuitatis, apud Juve Vincentes contracta, sed nomine publico à Magistru recepta st exindeq; iniustum esset priuatum Quem ad Solutionem publicorum Debitorum adigere et compellere et Vnum pro omnibus pati. Idei ipsum hris Salui Conductis Nri muniendum, ac in Protectionem Nram Regiam assumendum esse duximus; prout quidem Cad spatium Vnius Anni à Data psenti computan) munimus ac recipimus hisce Literis Nris. Quibus ille Lretus, Vt potè nullis debitis Rebusq; Judicatis obnoxius securè et Liberè in Regno et Dominijs Nris annexis motari, sine perhorrescentia quarumcunq; Personarum Ciuitates adire, ibidemq; non tantummodò necessitates, negotia Sua Cuiuis Licita expedire, Verum etiam Sub tempus Nundinarum Mercantias exercere, Merces Varij generis et Speciei Verum exponere, distrahere, emere, emptas q; Vti è Regno Nro et Dominijs eidem annexis in exteras Nationes euehere, ita Vicissim ex exteris Nationibus res Regnum Nrum inducere, coram quibuscunq; Judicium et Officiorum Subsellijs comparere poterit, Personâ, Bonis, Mercibusq; ipsis Sub hac Protectione Nra Salvis. Ita tamen Vt se modestè gerat, et quamprimum Magistratui et Communitati hanc suam Molestationem et Impetitionem ad notitiam deferat, et Vt Jure Vincentibus in Contentionibus illorum Satisfaciam Sit propositum concurrat. Quod cibus quorum interest, Cuiusvis Civilibus et Officijs Terrestribus Castren Vicepalatinat, quam Ciuilibus, necnon Jure Victoribus cuiuscunq; Status, conditionis, et prominentia in Regno consisten ad notitiam deducimus Mandan iisdem Vt Viris hisce Lris Salui Conductis Nri nullam Vim et iniuriam infere audeant, nec ab alijs infieri permittant Sub Pnis in Violatores Salui Conductus Severè Sanctis. Illis autem ad quos munus pertinet iniungimus, Vt hunc Salui Conductum in Acta sua Suscipi et Ministeriali Voce publicari faciant. In cuius rei fidem Cnes manu Nra Subscriptas, Sigillo Regni communiri iussimus. Dat Varsauiæ Die XXVIII Mensis Augusti Anno Dni MDCLXVIII Regnorum Nrorum Poloniæ et Sueciæ XX Anno. Joannes Casimirus Rex. Locus Sigilli Majoris Cancellaria Regni.

Saluus Conductus similis

per omnia præcedenti Fam: Ioanni Menich.

Saluus Conductus similis Hñto Petro Edling.

Saluus Conductus similis Hñto Georgio Gabler.

Episcopatûs Chelmen' Coädiutoria Vnbli Stanislao Dambski.

Ord. v.p.

Ioannes Casimirus &c Significamus &c Quòd cum Nobis exposuerit Reuerendus in Chro Pater Dnus Ioannes Rozyski Episcopus Chelmensis, se ob ætatem paulò prouectiorem et aduersæ Valetudinis suæ incommoda obeundis muniis Ecclesiasticis et Episcopalibus curis agrè sufficere posse; ac ideò Venerabilem Stanislaum Dąmbski Archidiaconum Plocensem Canonicũ Vladislauiensem in Coadiutorem sibi assumere atq; eundem Successorem in Episcopatum Chelmen' relinquere proposuisse, Nobisq; eo nomine Vt hanc ipsius animi Sententiam approbaremus et Consensu Nro Regio ratam habere dignaremur, humillimè supplicâsset. Nos commendatam habentes præfati Venerabilis Stanislai Dąmbski Archidiaconi Plocen' Canonici Vladislauien' Vitæ et morum integritatem, eruditionemq; non Vulgarem, cum amito generis splendore coniunctam, pro Iure Nro Regio, hoc propositum ipsius facilè approbandum et ratificandum esse duximus; approbamusq; et ratificamus præsentibus. Permittentes atq; concedentes hoc Consensu Nostro Regio, Vt prædictus Rdus in Chro Pater Ioannes Rozyski Episcopus Chelmensis, prædictum Vrum Stanislaum Dąmbski Archidiaconum Plocensem Canonicũ Vladislauien', in Coadiutorem sui muneris Episcopalis assumat, et adsciscat. Ac proindè ipsum pro Vero et Legitimo per Nosq; approbato Coadiutore, futuroq; siue post motum siue post liberam Resignationem Successore præfati Rdi Dni Episcopi Chelmen' nominamus et declaramus. Ita quod postquam munus Episcopalis Consecrationis Susceperit; omnium Bonorum ad dictum Episcopatum Chelmensem spectantium Intromissionem et Possessionem Vsum fructumue eorum ad extrema Vitæ suæ tempora continuandum, adiue obtinereq; possit et Valeat. In cuius rei fidem præsentes manu

Nostrâ

Nostrâ Subscriptas, Sigillo Regni Nri communiri mandauimus. Datum Varsauiæ Die XI^a Mensis Septembris Anno Dñi M DC LXVIII° Regnorum Nrorum Polo-niæ et Sueciæ XX Anno. Joannes Casimirus Rex. Locus Sigilli Pris Cancel-lariæ Regni. Rogatianus ni Buzenin Pstrokonski Regens Maiestis Cancellæ Regni Suæ. camerarius Brestcen Curiauicen mppa.

Tribunatus Sandecen Gn Wodiakowski

Joannes Casimirus &c Significamus &c Quam properso feruimur affectu, per totum Regiminis Nri decursum, in eximia Ciuium in Nos et Rempubcam testatâ merita, tan-to ardentiori ad benefaciendum, et ad condignam earundem Virtutum suarum ipsis præstandam gratitudinem æstuamus studio. Et ecce facilè adducti sumus, Vt Vacantem ad præsens Tribunatû Sandecen morte olim Gnosi Joannis Woiakowski Tribuni Sandecensis Notarij Castrensis Biecensis, ad Nos dispositionemq Nram Regiam deuolutum, Gnoso Sta-nislao Ignatio Woiakowski Secretario Nro Filio ipsius et amplissimarû eiusdem Vir-tutum, non modo Conseruatori, sed quotidiano Extulatori, damus et conferimus. Vti quidem damus et conferimus præsentibus Literis Nris, per ipsum cum oibus suis Iuribus, præro-gatiuis et Vtilitatibus, hoc munus de Iure et consuetudine ab antiquo spectantibus gerendum et obeundum, ad extrema Vitæ sua tempora, Vel maioris alicuius Officij aut Dignitatis assecutionem. Quod omnibus et singulis præsertim Vero Dignitarijs Offi-cialibus, totiq Nobilitati Districtûs Sandecen, ad notitiam deducen, mandamus: Qua-tenus prænominatum Gnosum Woiakowski abhinc pro Vero et Legitimo Tribuno Distri-ctûs Sandecen habeant et agnoscant, ipsiq de Loco, Iuribus, prærogatiuis, et Vtilitatibq eidem munus de Iure et consuetudine concernentibus respondeant et ab omnibus respon-deri curent. Pro gratia Nra. In quorum fidem &c sentes manu Nra subscriptas, Sigillo Regni communiri iussimus. Datt Varsauiæ Die VI^a Mensis Septembris Anno Dñi MDCLXVIII Regnorum Nrorum Poloniæ et Sueciæ XX Anno. Joannes Casimirus Rex Locus Sigilli Pris Cancellariæ Regni. Steph Starkiewic Secrs Reg^s Mtis. mppa.

Cav.

vp.

Consensus Cedeñ Gn Lyszkowskim Coniugibus.

Joannes Casimirus &c Significamus &c. Consensisse Nos consentireq præsen-tibus Literis Nris Nobilibus Ioanni Alberto Lyszkowski et Helizabetha Nie-szkowna Coniugibus Legitimis, Vt possint et valeant, de toto et integro Iure Suo Aduitalitiali sibi super Medietatem Sculteti a seu Aduocatiæ in

Villa

Cav

&c.

Villa Szulischowice Capitaneat' OLsztinen' pro Sorte et interesse Suo Seruien, No-
bilibus Thoma Cipinski et Anna Coniugibus Legitimis cedere, illudq; in personas
ipsorum transferre transfunderegq. Quæ quidem Cessio Iurisq; Transfusio po-
steaquam coram Actis quibuscunq; Regni Authenticis facta et recognita fuerit,
Nos eam ratam et gratam habidimi Sumus, Vti eam qua de Consensu Nro preua-
tur. Vigore cuius Cessionis, Consentisq; Consensus Nri, prædicti Coniuges dicta Supe-
riùs Sculteticà Mediètatem, Necnon Agri Micharkowska nuncupat' cum integra Hor-
tulania Persztakowska et Prato in Sijkca Kmielnik alijsq; omnibus Agris, fundis,
pratis, campis, Syluis, Lacubus, Piscinis, Molendinis, Hortis Vtilitatibus, emo Lumentis
casterisq; Vniuersis ex antiquo spectan' attinen' et pertinentijs prædicti Coniuges ambo
in solidum tenebunt, habebunt et possidebunt ad extremã Vitæ Sue, seu Vno Vitã
Superstite alterius Superstitis tempora. Promittimus autem pro Nobis et Seren̄issimis Suc-
cessoribus Nris, Non esse Nos ab Vsu et possessione Superius expressorum, præstit Co-
niuges amoturos: quod et Seren̄issimi Successores Nri præstabunt. Post decessum Verò
ipsorum, non prius Medietas dictæ Sculteticæ cum attinentijs ad dispositionem Nram
redibit, quam Summa in Lris Originalibus expressa, Vel ex Taxa Commissariorũ
proueniens Successoribus eorundem persoluta fuerit. Iuribus Nris Regalibus,
Reipubcæ, Ecclesiæq; Catholicæ salui et integris manentibus. In cuius rei fidem
præsentes manu Nra subscriptas, Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsauiæ
Die IV^a Mensis Augusti Anno Dñi MDCLXVIII Regnorũ Nrorũm Po-
loniæ XX Sueciæ Verò XXI Anno. Joannes Casimirus Rex. Locus Sigil-
li Minoris Cancellariæ Regni. Joannes Wolowski Cancellarius Regni Secus Reg^a Mtis.

Libertas à gerendo Magistratu Fam:? Lachowicz.

Cobd.

vp.

Joannes Casimirus &c Significamus &c. Quia Nos ad humillimam Supplicatio-
nem certorum Consiliariorum Nrorũm ad præsens Lateri Nro adhærentium, nomine
Famati Casimiri Lachowicz Ciuis Brecensis apud Nos factam, cupientes ex cle-
mentia Nra Regiã, eiusdem opportunius quæ vitandi Victus rationibus prospi-
cere, faciendum Nobis esse duximus; quatenus Ipsum Famatum Casimirum La-
chowicz Ciuem Brecensem, à gerendo Magistratu et Officio quouis Ciuili Brecen
eximeremus; Vti quidem per præsentes, ex plenitudine potestatis Nræ Regiæ, Usq;
ad extrema eius Vitæ tempora, eximimus, Liberamus, absoluimus, et immunem

authoritate

authoritate Nrâ Regiâ reddinus. Quod ad notitiam omnium quorum interest
prasertim Vero Generosi Capitanei Nri Bicensis, atq; etiam Magistratûs Scabi-
norum, Communitatis et totius Ciuitatis Nræ Bicensis deducentes mandamus, ne
sæpedictum Famatum Casimirum Lachowicz quodcunq; munus Ciuile Bicense
obeundum cogant et compellant, quin imò Christi ipsius Voluntate ac beneplacito
accedente Liberum et immunem abhinc hac in parte, inhærendo hisce Literis Nris
habeant. Pro gratia Nra. In quorum fidem præsentes manu Nra Subscriptas Sigillo
Regni communiri iussimus. Datt. Varsauiæ Die IV Mensis Augusti Anno
Dni MDCLXVIII Regnorum Nrorum Poloniæ et Sueciæ XX Anno. Jo-
annes Casimirus Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni. Joannes Wo-
lowski Canonicus Culmen Secus Regiæ Mtis.

Salvus Conductus Fam: Weijchman.

Joannes Casimirus &c Significamus &c Relatum Nobis esse per certos Consiliarios
Nros Lateri Nro nunc Assidentes, nomine et ex parte Honorati Joannis Leonardi
Weijchman Mercatoris Gedanen, quomodo Nobilis et Spectabilis Magistratus Ciui-
tatis Nra Gedanen ad Instantiam aliorum Mercatorum mutua commercia habentium
nullo præuio Calculo ac ratiocinio absq; Judicio, Famat Weijchman aggrauare
et opprimere intendat. Supplicatumq; Nobis humillime, quatenus eundem in Pa-
trocinium et Protectionem Nram Regiam accipere, maiorisq; Securitatis gratiâ, ei
Salui Conductûs Nri Lras a Vi et Potentia, tam et omnibus Violentijs, iniurijs
et præpeditionibus tam Magistratûs quam Creditorum ips dare et concedere di-
gnaremur. Cui Supplicationi Vti iusta Nos benigne annuentes, ac potissimum
id considerantes, quod prædictus Weijchman cum Creditoribus Suis Negotiatio-
nem habens, rationes et Calculum iustum se se offert ac declarat, desum in
Patrocinium et Protectionem Nram Regiam assumendum, Lras q; Salui Conduc-
tûs Nri (Securitatis maioris causâ) a Vi et potentia tam Magistratûs, quam
aliarum quarumuis Personarum, a quibus sibi Vim et periculum metuit, non
autem a Jure, ips dandum et concedendum esse duximus, Vti quidem ad Spatium
Vnius Anni a data præsen computan, assumimus, damus et concedimus hisce
Literis Nostris. Quibus ille Fretus et muritus, tutò, Securè et Liberè in Re-
gno Dominijs q; Nris Versari, negotia Sua quibuis Licita et honesta peragere

Mercaturam

Mercaturam tam intra quam extra Maria Ciuitatis Gedanen. citra omnem metum exercere, coram quibusuis Judicionum et Officionum Regni Subselijs comparere, stare, et respondere poterit. Personâ vebus, suis ac Bonis omnibus Sub hac Nra Protectione Saluis manen. Ita tamen Utet ipse moderate se gerat, beneficio hoc Nro non abutatur, Verum hanc Protectionem Nram Regiam, ad notitiam omnium, a quibus sibi Vim metuit, Officiose deducat. Quod omnibus quorum interest, pro sevim Vero Capitaneis Nris quorumuis Locorum, Vel eorum Loca tenentibus: Nec non Magistratui Ciuitatis Nra Gedanen. notum esse Volentes, mandamus: Ut hasce Protectionis Nra Lras in Acta Sua ingrossari, Vocq; Ministerialis publicari faciant: Easq; et ipsi observent et ab alijs observari curent. Pro grata Nra Officiorumq; Suorum debito ac Sub Pris in Violatores Salui Conductus Nri Legibus Regni Sanctis. In cuius rei fidem presentes manu Nra Subscriptas, Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsauiæ Die VIII Mensis Septembris Anno Dni MDCLXVIII Regnorum Nrorum Poloniæ XX Sueciæ Vero XXI Anno. Joannes Casimirus Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellaria Regni. Joannes Wolowski Varmien. et Culmen. Cancus Secus Regæ Mtis.

Oblata Actus Commissorialis in Magrtum et Plebem Ciuitatis Torunensis

Joannes Casimirus &c. Significamus &c. Quod Venies personaliter ad Acta presentia Mercis Regni Cancellaria Maioris Nobilis Mathias Guminski Vti et tanquam Commissionis ingva Scripta Notarius, exhibuit et obtulit ad Actis ingrossandum, Commissionem seu potius Actum Commissorialem per ingva Scriptos Commissarios Nros per Decrum Judicij Nri inter Nblem et Pblem Magistratum, Scabinos et omnes Ordines ab Una: atq; Honoratos et Famat' Vrbatores totamq; seu Communitatem seu Contubernia Ciuitatis Nra Torunen. parte ex altera Lbum, assignatos, expeditum et peractum, manibus eorundem quatuor Commissariorum Subscriptum et Sigillis Ciuitatis obsignatum, Sanum, Saluum, et illesum omniq; suspicionis nota Vacuum, petens Suscipi et ad perpetuam rei memoriam Actis hisce Authenticis Regni ingrossari. Cuius quidem Actus Commissorialis Tenor sequitur estq; talis: Actum in Pudstovio Ciuitatis Regiæ Torunen. Feria Sexta

ante

ante Festum Gloriosissima Assumptionis Beatissima MARIAE Virginis in
calum, proximâ, Anno Dñi Millesimo, Sexcentesimo, Sexagesimo, Octauo. Co-
ram Illmo ac Rndmo, Illmi et Magnifico, Sevillii ac Rndo, atq; Gnoso,
Joanne Rozyjcki Dei et Apostolica Sedis gratiâ Episcopo Chetmensi, Abbatiæ
Mogilnensis perpetuo Administratove, Damiano Kretkowski, Castellano Cul:
mensi, Ludouico Stzesz Custode Culmensi, Stephano Casimiro Hankiewic
Decretorum Regiorum Voźhijnia, et Actorum Metricæ Regni Cancellaria Nota:
rio, Secretarijs et Commissarijs Sac: Reg: Mttis, ad infra scripta peragenda De:
creto inferius specificato deputatis ac assignatis. Pdsente Honesto Alber:
to Zaiączkowski, Ministeriali Regni Reali, personaliter comparentes, nomine
Nobilis et Spectabilis Magistratus, Ciuitatis Torunensis; Nobilis Georgius Cy:
merman Burgrabius, et Antonius Kronberger, Consul: Nomine vero Sca:
binatus, Honorati Andreas Blumik ac Antonius Bongardten: Nomine
autem Sexaginta Virorum, seu Tertij Ordinis, Famati Jacobus Koller et Grego:
rius Szenkrecht, Una cum Generoso Jacobo Wolonski, atq; Nobilis Simon Szulc
Secretarius Ciuitatis ab Ora: Nomine porro Contuberny Braxatorum To:
runensium Spbles Jacobus Gering, Georgius Merckner, Simon Bechm, Gaspar
Berendt, Jonas Szerer, Daniel Endris et alij plurimi. Denig Nomine
Contuberniorum aliorum, Vtpote Famati Joannes Szulc, Simon Krauze, Mi:
chael Austen et alij, in frequenti numero, insimul cum Nobli Sebastiano Zar:
noźeski parte ab altera. Inprimis et anteomnia Decretum S.R.Mttis in:
ter se Latum in scta Scriptum exhibuerunt. Cuius Tenor Sequitur est talis:

Tenor Decreti S:R:Mttis. Joannes Casimirus. DEI gratiâ
Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Mazouiæ, Samogitiæ, Li:
uoniæ, Smolenscia, Czernichouiæq;: Necnon Suecorum, Gothorum, Vandalo:
rumq; Hæreditarius Rex. Significamus præsentibus Lris Nris, quorum in:
teresse Vniuersis et Singulis. Interesse non ita pridem Decretum in Judi:
cijs Relationum Nrarum proprijarum, Varsauiæ Feriâ Quintâ, post Festum S.
Bartholomæi Apostoli, proximâ, Anno Dñi: Millmo, Sexcentesimo, Sexagesimo,
Septimo; inter Gnosum Instigatorem Regni, pro Officio Suo, tam ratione The:
sauri Nostri; quam et Attentatorum, infra Scriptorum, agentem, atq; eius De:
latores, Spectabiles et Famatos Seniores, totumq; Contubernium Braxatorum,

Veteris

Veteris et Noua Ciuitatis Torunen Actores, ab Vna; atq; Nobiles et Spectabiles Pra-
consulem, Consules, totumq; Magistratum Ciuitatis Nra Torunen Citatos parte ab al-
tera, pro eo: Quòd Licet nulla Citatis potestas, sine Nro Regio Consensu Contributio-
nes aliquas, Vti integra Communitati; ita et Constitutionis Delatorum, imponendi, et
Statuendi competebat, et competit; Nos quoq; Rescriptis Nris, sub Pœnis in eisdem inter-
positis, seriò Citatis, ne Delatores, ad soluendum ohus infra Scriptum Contributionis co-
gerent, et Violentijs, iniurijs, atq; oppressionibus afficerent, inhibuerimus, atq; in-
superi maioris Securitatis causâ, binis Saluis Conductibus Nris à Vi et potentia Di-
latorum, aliarumq; personarum, in Protectionem Nram Regiam Delatores accepserimus,
Lege quoq; Publica, Vsus Executionis Militaris, inhibitus, atq; Decretis Diuorũ
Prædecessorum Nrorum, Nostrisq;, Inuectio exotica Cerevisiæ, tam ex Pradijs et Vil-
lis Ciuitatum, quam et Nobilium aliarumq; Personarum Bonis seu Braxatoriis
in Ciuitatem Torunensem, in illiusq; Suburbia et Villas, in præfatis Decretis in-
ducenda, seriò Vetita, Cerevisiæ Verò Delatorum, intra Ciuitatem, et in illius Sub-
urbijs, atq; in Villis prætactis Propinatio, tum et Libera illius quouis tempore per
petuas Epulas, extra Ciuitatem euectio, iuxta Contubernalia Jura Delatorum
permissa sit: Citati nihilominus, Decreta eadem Nra, et Diuorũ Prædecessorũ
Nrorum, etiam Rescripta Nra, præcipuè Vltimarii et Saluos Conductus Nros con-
uellendo, Legem publicam (executionem Militarem prohibentem) contemnendo,
eaq; omnia contra Juramenta Sua, et Subiectionis religionem, ex quorum Rescri-
pto, obedientiam Nobis præstare, et authoritatem Nram, Mandatorumq; Nrorum sa-
crosancte observare, sunt obstricti, attentare, ausi sunt, Delatorum Contubernia
ad perpetuam certã Contributionis (quam Delatores, benevole mediante quadã
Transactione, à qualibet coctura Cerevisiæ, ad certi tantum temporis spatium, se
soluturos Susceperunt:) post elapsum iam idem tempus, in præfata Transactione
limitatum, extraditionem cogere, prætextuq; denegata, per Delatores Solutionis,
eiusmodi Contributionis, Braxea illorum, in Molendinum Tropss Dictum, in-
ducta, et iam molita, armatâ manu, per peditatum Militem Ciuilem reci-
pere, ac satis multo tempore detinere, atq; Personas, eadem Braxea recipere Vo-
lentes, ex Sclopetis, etiam ad mortem, à Militibus iaculari demandare, taliq;
Suâ potentiâ Delatores ad braxationem Cerevisiæ et medium Viuendi, cum no-
tabili illorum damno coram Judicio Nro Liquidando impedire, Diminutionem
Accisarum, Thesauro Nro Regio, à Coctura Cerevisiâ Solui Debitarum, per
impeditionẽ

impeditionem modo prædmisso Coctura Cereuisiæ causare. Insuper cum magno Christi fidelium Scandalo, et Officiorum Diuinorum contempsu, Propinatricibus intra Ciuitatem Torunensem Ordinj, et in Suburbijs manentibus, Cereuisia Contuber nalis Delatorum propinationem, per familiam Ciuilem, in Protestationibus specificatam, ipso die Festi, in Termino declarandi prohibere, Cereuisiam Delatorum, dum intra Ciuitatem Propinatricibus distribuenda ducebatur, vel per Portas Ciuiles in Suburbia et ad Villas euehi curabatur, nonnunquam per Collegas Suos Consulares, in Protestatione specificatos, aliquando per Militarem Peditatûs Ciuilis Executionem, Lege Publicâ prohibitam, in Portis Ciuilibus Violenter, cum Curribus et equis intercipi procurare, eandem multis Braxatoribus, etiam Viduis, et miserabilibus Personis, ex ipsa Coctura Cereuisiâ Victum quærentibus, sine figura Judicij, omisso ordinario Processu, per absolutam potestatem, Confiscationi subijcere, propriam Vero Cereuisiam, ex Prædijs et Villis Suis Torunensibus inducj, et per totam Ciuitatem, atq; in Suburbijs et Villis contra Jura Delatorum propinarj, facere, tum etiam Cereuisiam ex Domis et Braxatorijs Nobilium, et aliarum diuersarum Personarum, Similiter ad Ciuitatem et in Suburbia induci, et libere propinarj permittere, in maiorem autem Delatorum aggrauationem, Signa illorum propinatoria, Wichij nuncupata, ex domibus Delatorum exposita, per familiam Ciuilem, seu Milites Supraſat' Ciuitatis, in circuitu Ciuitatis et platearum abripj, diuisj et dissecarj, familiam Delatorum concutj, et conuerberarj, eandem incarcerarj, in nonnullorum Braxatorum Cellaria irruj et Cereuisias inde Violenter extrahj, et recipj, atq; Confiscationi subijcj facere. Demum nullo prævio Processu Ordinario, nec Ullius Decreti Executione interueniente, imo contra præcepta Diuina, quæ Nomen DEI, in Vanum assumere prohibent, atq; in abusum Judiciariæ potestatis, Baculos Cereuisiæ, ad Juramenta inania, quæ præstare coacti sunt, per Citatos super non exportandis Cereuisijs Delatorum, ad Propinatrices extrajudicialiter adigere, Ministerialem cum Nobilibus per Delatores, in Vim testimonij, quod ex Mandato ipsius Cereuisia Contuberualis, extra Ciuitatem ex portis Ciuilibus, Violentâ Militum manu euehi impediebatur, adductos baculis concuti mandare; Debita quasi nomine Ciuitatis non Vocato, nec obdestinato ad id Delatorum Contubernio, contra Ordinationes Ciuitatis, et antiquum Orum contrahere, et ad exolutionem, ejusmodi Debitorum, Contributiones, Vti super Communitatem, ità et super Delatores (insciis eisdem) Statuere, atq; ad extraditionem

illarum

illavum Delatores, non Viâ Iuris, sed absoluta, seu Licentiosâ potestate adigere, priuatos congressus, cum nonnullis Ciuibus, aliàs Statûs Patris ignaris, in conuulsionem Ordinationum Ciuitatis, et Iuriùm Mutis Nùa facere, cum iisdem insciâ Communitate, et Contubernio Quaxatorum, Contributiones et Opera, illa: uumq; Exactiones, in uiuam Contubernij Delatorum, imò et totius Ciuitatis, statuere, et ne Contubernales Quaxatores, Contributiones per eorum Contubernium, ad necessitates Contubernij Sui laudatas, contribuerent, nonnullos ex iisdem persuasionibus Suis adducere; nonnullos ex Delatoribus in Officio existentes, à publicis consilijs amouere, nec eos ad publica Ciuitatis Consilia, de necessitatibus publicis Ciuitatis, Una cum Officialibus alijs tractanda admittere, Voluisse, et Velle. Denique Interpositionem Authoritatis Rndmi Dni Archiepiscopi Gnesnen Primatis Regni, in absentia Nua, per Uras (Ut à premissis attentatis abstinerent:) factum contemnere, prout premissa omnia, temerarie, contumaciter, et per mera inobedientiam in Conuulsionem Decretorum, Rescriptorum, et Saluorum Conductuum Nouorum, in Contrauentionem Legis publicæ, de Executione Militari Sancitæ, atq; in contemptum Literarum Rndmi Primatis Regni, ac in Eneruationem Iuriùm, Contubernio Delatorum seruientium, attentarunt; Delatores in damna enormia, coram Iudicio Nro liquidanda induxerunt, eoq; illicito ausu, Pœnas Legum, in Conuulsores Decretorum, Priuilegiorum, Rescriptorum, et Saluorum Conductuum Regiorum Nouorum; tum etiam in Contrauentionem Constitutionum Regiarum Sancitas, aliasq; Pœnas, in Rescriptis Nris, interpositas; Nec non ex contemptu Authoritatis et Mandatorum Rndni Primatis Regni, atq; ex Violatione Iuriùm Contubernij demeritas, in se traxerunt. Pro quibus Super ipis decernendis, et extendendis; tum etiam, ad Videndum et audiendum Sententiâ Nostrâ, Ut Decreta, Rescripta, Saluos Conductus Nostros, Iuraq; et Priuilegia Delatorum, in posterum Sacrosancte inuiolabiliter observent, prouideri; et ne ad Vllas Contributiones Contubernii Delatorum, sine expresso et Voluntario consensu illorum adigere audeant, inhiberi; à Solutione supra fata Contributionis, à Octaua Pentecostes, ad certum tantùm tempus, per Delatores concessa, ex quo iam limitatum tempus elapsum est, Delatores exonerari; eosdemq; circa Decreta, et Iura, ratione Propinationis Pentecostes illorum, per

eandem

eandem Vtramq; Ciuitatem, in Suburbijs et Villis, per Decreta circumscript conser-
uari, Ceruisiaq; Contubernalis bracxationem, per Portas Ciuitatis Euechionis, Decre-
tis anterioribus Regijs permissam consolidari, Executionem Militarem, Pedestris
Ciuilis et Præsidiarij inhiberi; Inuectionem Ceruisiæ, tam Cratorum ex Præbijs et
Villis eorum quam et Nobilium, aliarumq; personarum, tum etiam illius intra Ciuita-
tem Vtramq;, in Villis Supradictis, atq; in Suburbijs Tovunen publicam Venditionem,
Distractionem, et Propinationem inhiberi: ad refusionem damnorum, per detentio-
nem, in dicto Molendino Bracseorum Delatorum, tum etiam per impeditionem Cochi-
æ, Propinationis, et Euectionis Ceruisiæ Contubernalis, iisdem causatis, iuxta
Liquidationem illorum compelli, ad compensationem Accisarum, Thesauro Nro Ser-
uientium, ipsos condemnari, Necnon ad refusionem Litis expensarum stringi et
compelli, ac re stante Lite præsenti, Delatores, Illis priuatis Contributionibus, ci-
tra Consensu illorum grauare, Bracsea illorum quouis modo detinere, molitu-
ram denegare, Bracsationem, Propinationem, et Euectionem extra Ciuitatem Ceruisiæ
Delatorum impedire, nullasq; eis Violentias, et iniurias, (quæ omnia ad de-
cisionem Nram, Sub Seriis arbitrarijs Patris Nostris inhibueramus:) inferre audeant
interdici; atq; Vt in posterum similes ausus contra Delatores attentare non præsu-
mant, prouideri: Cætera demum pro grauitate attentatorum, Causæq; Iuris,
et Termini exigentia Statui. Alijs Vero Citationum Nrarum Vris, Famatum
Michaelem Rumpler, Simonem Auswic, Christopherum Zajdler, Georgium
Mercell, Joam Szever, et Gasparum Georgij, Vti hucusq; propria authoritate,
Vltra Legitimum tempus, et contra Magistratus Ordinationem, Vsurpatiuos Senio-
res, Vel Zechmagistros, Contubernij Bracsatorum, Veteris et Nouæ Ciuitatis Nræ
Tovunen, Necnon alios omnes et singulos, eiusdem Ciuitatis Bracsatores et Contu-
bernales, quotquot Causæ in fra Scripta Authores, Adhærentes, et cooperatores,
demonstrati, ac in futurum Termino, denominati fuerint, quorum nomina et
Cognomina, hic pro expressis haberi debent, de Causa in fra Scripta, Personis, Bo-
nisq; ipsorum generaliter omnibus: Ad Instantiam Gressi Instigatoris Regni
et Reipublicæ, eiusq; Delatorum Nobilium et Spectabilium Proconsulum, Consulu,
totiusq; Magistratus, et omnium Ordinum Ciuitatis Nræ Tovunen Actorum, pro eo.
Quia illi immemores Iuramentorum Suorum, super exhibendam Nobis et Magi-
stratui Tovunensi debitam obedientiam, præstitorum, non formidando vigorem Pa-
ctarum Legibus Publicis, contra Omnulsores Priuilegiorum, Decretorum, Rescripto-
rum, Mandatorum Nrorum Sæpe Sancitarum, imo Legibus Spretis, Priuilegijs,

Decretis

Decretis, Mandatisq; Nris Vilipensis, mutuâ inter se factâ Conspiratione, in ma-
nifestum Vilipendium authoritatis et Superioritatis Nostræ Regiæ et Summum præ-
iudicium præfacti Magistratûs, debitam ei obedientiam pravis desegare, Contribu-
tiones publicas ex Voluntini Consensu Ordinum Ciuitatis, accedente etiam Citatorũ
et Cohabernalium ips approbatione, in ves graues, et Vrgentes, totius prædicta Ciui-
tatis necessitates, Ordinatas et Sancitas, non tantum detrectare, et recusare; sed
etiam à Sancitis et persolutis, tam per ipsos aliquandiu Contributionibus, temerario
facto se eximere atq; malevolum suum animum, et odium tanto liberius adimple-
re Voleñ, nullâ habitâ iustâ Causâ et occasione, in meram aggravationem prædicti
Magistratûs, certa Rescripta, ad malam et Sinistram Cancellariæ Nræ informatio-
nem, instructu acsi aggravationis ipsorum, et Brascovum in Molendinis deten-
tionis, nulliter et illegitimè obtinere, ac sub Prætextu prætactorum Rescriptorum
Nrorum, priuata Querenticula, bono Ordini et Regimini Ciuitatis Nræ Tota-
rem præiudiciosa ac pernitiosa, à Nobis (mediantibus Seorsiuis Rescriptis, ac Man-
datis Seuerè et sub ibidem expressis Pœnis:) pro libitu instituere, novas quasdam
et inauditas Ordinationes, Ciuitati noxias, inscio Magistratu, contra Jura Ciui-
tatis, et in diminutionem ac contemptum Authoritatis Magistratûs, non Vrgentia,
Statuere, priuatasq; Contributiones, cum aggravatione veliguvũ Ciuium omnium,
inter se Sancire, imò verò Contributiones eas, quæ ad necessitates Ciuitatis, impen-
di debebant, in Suos priuatos Usus convertere, aliosq; ad contribuendum pronos Ci-
ues, à proposito hoc arcere, et retinere, Statum ac Bonum Ordinem Ciuitatis, pe-
nitus convellere, Juri et Justitiæ penitus se Subducere, Peregrinis Molendinis ac
Domesticis seu Manualibus, Uti, Taxam Centuisia contra expressos Articulos Fun-
dationis Contuberny Sui aliàs Rolle dictos, pro libitu Suo constituere, seditiones
excitare; Magistratui, legitimæ Executioni refractarios se se exhibere, ac Vi
et facto eidem obviti, atq; Concivibus Suis ad Seditiones et excitandos tumultus
occasionem præbere ausi sunt, et temerè præsumpserunt; prout etiam nunc de facto
prædicta omnia attentare audent et præsumunt, aliaq; multa absurda, et inrecon-
cuentia, Statumq; Ciuitatis, et Bonum illius Ordinem inturbantia ipsi se-
vsiuè et punctatim futuro in Termino declaranda et proponenda fusius (ad quæ
se se Citatio refert:) facinst ac attentant. Cum igitur per eiusmodi ausus,
et excessus, Rescriptis Nris à Citatis impetratis, abusi sint; ob idq; non solum
Pœnas Legibus Publicis, et Seorsiuis Rescriptis et Mandatis Nris expressè San-
tas, et descriptas incurrerunt et succubuerunt: Ideò pro iisdem decernendis et

extendendis

extendendis, ac insimul ad Videndum et audiendum, Data Rescripta Nra Vtinul:
liter et illegitime ac ad malam Cancellariæ Nræ informationem, impetrata et obtenta
reperibilia adinuenirj, illaq; ex vationibus in Termino infrascriptis, tolli, cassari et
annihilari; Citatos nihilominus, Decreto Nro, ad exolutionem Contributionum, per ips
retentarum; Necnon ad obedientiam, semel pro semper Magistratui præstandam,
Ordinijsq; Sancit et conclusis parere debere iniungi, et Vt alij, ab eiusmodi temera-
rijs ausibus et illicitis attentatis arceantur et deterreantur, exemplo ipsorum serio de
rigore Iuris prouidere. Cætera denum, pro qualitate attentatorum, Causæ, Iuris, et
Termini exigentia, contra ipsos Seuere, Statui et Sententiari. Citationibus eisdem
de præmissis Lationibus. Quo quidem Superius de Data et Actu Specificato Decreto
Nro, post Controuersias Partium; Necnon præhabitam Deliberationem Nram, Re-
missâ per Iudicium Nrum Assessoriale ad Nos et Iudicia Relationis Nrarum previa-
rum facta, necessariâ adinuentâ, illam expediendo, primum Actoratûs Vtrosq;
inter Partes, mutuo intervenientes combinaueramus. Deinde, quoniam ex alle-
gatis Partium, Iudicium Nrum Sufficienter informari non poterat, præcauendo
re alterutri Partium, aliquod Præiudicium et grauamen inferretur, ad cogno-
scendam et diciendam Causam hanc Vtranq; in Punctis tam Iuris, quam et Facti
Commissarios Nros deputaueramus et assignaueramus; iniungendo iisdem, quatenus
captato certo tempore, Partibus tamen, Literis Innotescendarum Suarum duabus Se-
ptimanis, ante Terminum prorendis, Vocatis et obdestinatis, ad Prætorium Ciuitatis
Nræ Torunen descenderent, et conuenirent, ibidemq; (absentia Vnius Quorumue
non obstante) Iudicium super omnia Puncta Citationum et Protestationum, ab utroq;
intercedentium, præuia etiam Inquisitione, vbi eam necessariam fuisse iudicaue-
rint, ex hominibus fide dignis, istius rei notitiam habentibus, depositiones Suas Iu-
ramento corporali comprobaturis, instituerent; tum et ex alijs Legitimis probationi-
bus, per omnes Iuris et Facti circumstantias, cognoscerent, Causamq; hanc, tota liter de-
cideret, ac in ea, id quod Iuris æquitatisq; ratio dictasset, Appellatione tamen,
à Sententia Definitiua, ad Nos, et Iudicium Nrum Salua manente, definirent, ac
determinarent, atq; ea omnia, quomodo ipsis deducta, competita, et comprobata fu-
issent, Scripto Suo concipierent, et ad Nos Iudicium Nrum, Inquisitiones quidem
Rotulo in occluso, Sententiam vero Suam, in aperto transmitterent. Nos vero tum
demum, id quod Iuris æquitatisq; ratio dictasset, ea in Causa Statuitiuos ac de-
cisiuros obtulevamus: ad quem Actum Commissionis expediendæ, Vtraq; Pars, Vti

in Causa

ri Causa, mutui Actoratûs Sumptus communes conferre tenebitur. Post expediti Verò eundem Actum Commissionis et Inquisitionis, Vel non, Partibus prædictis, Terminum iterum coram Nobis et Judicijs Nris comparendi, Ulteriorem q; Sententiam, desuperè audiendi, ri quatuor Septimanis proxcnis, assignaueramus, et conseruaueramus, peremptorium. Aliàs prout idem Decretum Nrum ex antecris, susiùs prædmissa omnia enarrat et obloquitur. In Termino itaq; hodierno post elapsum Terminum Commissionis nundùm expedita, Conseruato, Legitimè ad præsens proueniènti, et hucusq; continuato, Partibus supra nominatis; Actoreâ, Vt potè Contubernio Bractorum Torunen, per Sblem Georgium Mercknor, et Gasparum Berendt; Citatâ Verò Nbli Magistratu Torunensi, per Nobilem Georgium Hübner Secretarium Ciuitatis, coram Nobis et Judicio Nro comparentibus, et eum Termini attentatorib9.

Nos cum Consiliariis et Jurisperitis Nostris. Post Partiù Controuersias, Commissionem, iteratò ea ri Causa, decernendam esse duximus; prout quidem decernimus, ad quam peragendam Commissarios Nros, Vt potè Rndum, Magnificos Vblen et Gnosos, Joannem Rozycki Episcopum Chelmen, Abbatem Mogilen, Joannem Ignatium Baykowski Palatinum Pomeraniæ, Damianum Kretkowski Castellanum Culmen, Andream Morsztyn Referendarium Regni, Zawichosten, Kowalien, Tucholen Capitaneum, Ludouicum Sczesz Canonicum Culmen, Joannem Dziatzynski, Capitaneum Pokrzywnicen, et Stephanum Hankiewicz Decretorum Nrorum Vothyniæ et Mercis Cancellariû Regni Maioris Notarium, damus et deputamus. Iniungendo iisdem, quatenus præfatis Litevis Innotescentiarum Suarum, duabus Septimanis, ante Terminum ponendis, ad Prætorium Ciuitatis Nræ Torunen descendant et conueniant, ibidemq; (absentiâ nonnullorum non obstante, modo quatuor adsint:) iuxta Contenta et obloquentiam Decreti anteriorîs, se se gerant, et (abbreuiando lites:) Inquisitionem abuting, etiam ratione nouiter attentatorum expediant ac peragant. Interim autem, Vt Pars Vtraq; à Violentijs quibuscuis abstineat, præcipimus et mandamus. Postquam demum expeditam Commissionem et Inquisitionem, Vel non, Partibus eisdem, Terminum iterum coram Nobis et Judicijs Nris comparendi, Ulteriorem q; Sententiam audiendi, ri quatuor Septimanis proximis assignamus et conseruamus peremptorium; Præsenti Decreto Nostro ad præmissa mediante. In cuius rei fidem, Præsentibus Sigillum Regni est appressum. Actum Varsauiæ Feria Secundâ in Crastino Festi Nativitatis Sancti

Joannis

Joannis Baptistæ Anno Domini Millesimo, Sexcentesimo, Sexagesimo Octauo. Regnorum Nouum Poloniæ et Sueciæ Vigesimo Anno. Relatio Illumi et Magnifici Dni Joannis Comitis de Leszno, Supremi Regni Cancellarij, Maioris Poloniæ Generalis, Marienburgensis Korsunen: et Capinei. Joannes de Lesno Supremus Cancellarius Regni (Locus Sigilli Maioris Regni:) Stanislaus Zuromski Decretorum Curiæ Regni Notarius manu propriâ. Quod Decretum Sac: Reg: Mtis, postea quam publicè in præsentia Partium esset perlectum, nomine prædictorum Contubernionum Ut supra comparentes Contubernales affectarunt; quatenus Actoratus illorum, contra Nobilem et Siblem Magistratum fornatus audiretur, Decretumq; Sac: Reg: Mtis Commissionis suæ prius exequeretur, Contubernalibus Bvaxatoribus idipsum exposcentibus. In contrarium Vero Nobilis et Siblis Magistratus, hanc prioritatem variis rationibus impugnavet. Tandem post factam eo nomine per Partes Declarationem, Decreto SR Mtis consonam, Contubernium Bvaxatorum Tovunen: deducendo Terminum, requisiuit Ministerialem Regni Gralem supra Scriptum, Ut Relationem positarum Lrarum Innotescentiarum Commissorialium recognosceret. Et in continenti stans personaliter, memoratus Honestus Albertus Zakrczkowski Ministerialis Regni Grális, in Vim Sui Veræ ac fidelis Relationis, palam et publicè recognouit; Se Literas Innotescentiarum Commissorialium infra Scriptas, Nobili et Siblì Magistratui Tovunensi in Prætorio Tovunen: in Cancellaria, Feriâ Sextâ, post Festum Sancti Jacobi Apostoli proximâ, Die scilicet Vigesima Septimâ Mensis Julij, Anno Presenti existimasse, Terminumq; coram Judicio presenti comparendi, diem hodiernum præfixisse. Verificando hanc Suam Relationem, reproduxit easdem Lras Innotescentiarum. Quarum Tenor est eiusmodi. **Tenor Innotescentiarum exptæ Bvaxatorum Tovunensium.** Nos Joannes Rozycki Episcopus Chelmensis, Abbas Mogilnensis, Joannes Ignatius Bykowski Palatinus Pomeraniæ, Skarszoviensis, Brodnicen: Capitaneus, Damianus Kretkowski Castellanus Culmensis, Andreas Morstin Supremus Regni Thesaurarius, Zauichostensis, Kowalicnsis, Tucholiensis Capitaneus, Ludouicus Skrzesz Custos Cathedralis Canonicus Culmensis, Joannes Dziatynski Capitaneus Pokrzywnicen:, Stephanus Hankewic Sacræ Regiæ Mtis Secretarius, et eiusdem Decretorum Volhynia, atq; Actorum Mestices Regni Cancellariæ Maioris Notarius, ad infra Scripta per

agenda

agenda, Decreto Sac: Reg: Mtis Dñi Dñi Nri Clementissimi deputati et de-
signati Commissarij. Vobis, Nobilibus et Spectabilibus Proconsuli, Con-
sulibus, totiq; Magistratui Ciuitatis Sacræ Regiæ Mtis Torunensis innotescimus.
Oblatum Nobis esse Decretum Sacræ Regiæ Mtis Dñi Nri Clementissimi, inter
Spectabiles et Famatos Seniores, totumq; Contubernium Braxatorum Veteris et No-
uæ Ciuitatis Torunensis ab Vna: et Vos, mutuo ex Actoratu, in Judicijs Assesso-
rialibus Sac: Reg: Mtis, de Actu Varsauiæ Feria Secundâ in Crastino Festi Na-
tiuitatis Sanctæ Joannis Baptistæ, Anno nunc currenti. Ibiq; in Causa Ovigi-
nalitèr ratione Contributionis certæ, ad certum duntaxat tempus, per Contubernium,
mediante certâ Transactione concessâ, perpetuò, per Contubernium, levenda coactio-
nis, in venientes, Juribusq; suis Se Se tuentes, Brascorum in Molendino Tropass, per
Milites detentionis, damnorumq; ex detentione Brasorum, illationis, Cerevisiæ
braxationis, et distractionis, propinationisq; prædictionis; Prouentûs publici,
nimirum Accisarum diminutionis; egubrum circa eructionem et distractionem Ce-
revisiæ receptionis, Signorum propinatoriorum disiectionis, Familiæ Contuber-
nalis concussionis, incarcerationis, Cerevisiæ ex Cellarijs Violenter receptionis et Con-
fiscationis; Baculos Cerevisiæ ad Juramenta prastanda, super non exprotandis Cere-
visijs, ad Propinationes, coactionis, Ministerialis, per Contubernales, in Vim testimo-
nij (quod ex Mandato Vestro Cerevisia Contubernalis, extra Ciuitatem, in portis Ci-
uilibus, Violentâ Militari manu impediebatur) adducti, baculis concussionis, de-
bitorum, nomine Ciuitatis, non Vocatis, nec obstrictis ad id Contubernalibus, contra
Ordinationes Ciuitatis, contractionis, et ad exolutionem eiusmodi Debitorum, Contribu-
tionem, Vti super Communitatem, ita et Super Contubernium Statutionis; Nonnullos
ex Contubernalibus, tam ex Officio Scabinali, quam et tertio Ordine venationis,
et à Consilijs publicis amotionis, nec ad publica Ciuitatis Consilia, de necessitatibus
publicis Ciuitatis, Vnà cum alijs Officialibus tractanda, admissionis, Molitura
denegationis, aliarumq; Violentiarum, iniurianum, præiudicionum, grauaminum
intolerabilium illationis, exindè Jurium, Priuilegiorum, Decretorum, Ordinationum,
Mandatorum, et Salui Conductus Gravium, Oppressionis. Ac è contrario, ex
Instantia Vestri et Ordinum Ciuitatis Torunen, contra Contubernium Braxato-
rum Torunen, ratione certarum prætensionum, in Contentis Libelli, Decretiq; Sac:
Reg: Mtis in scriptis, expressarum, nota; Decretoq; Sac: Reg: Mtis Relatio-
nem, de Actu Varsauiæ Feria Quinta post Festum Sancti Bartholomæi Apli pro-
xima, Anno proximè elapsito 1667. Quo minimum Decto Sac: Regiæ Mtis

Actoratûq;

Actovatibus Vtrisq; inter Vos et Bvaxatores, intervenientibus, cambiatis. Quoniam ex allegatis Partium, ne aliquod prædicium et gravamen inferretur, ad cognoscendam et decidendam Causam eandem Vtrumq; in punctis tam Juris quam et facti; Nos Supra Scriptos Commissarios deputaverat et assignaverat, et quatenus Nos, captato certo tempore, Partibus tamen Literis Innotescentiarum Bvarum duabus Septimanis ante Terminum parendis, Vocatis et obdestinatis, ad Prætorium Civitatis Sac: Reg: Mtis Tovuensis descenderemus et convenirivemus, ibidemq; absentia Vnius, duorumve non obstante, Judicium super omnia puncta Citationum et Protestation abutriusq; interveniendi prævia etiam Inquisitione, Ubi eam necessariam fuisse judicaverimus, ex hominibus fide dignis, istius rei notitiam habentibus, Depositiones Suas, Juramento corporali comprobaturis, institueremus, tum et ex alijs Legitimis probationibus per omnes Juris et Facti Circumstantias, cognosceremus, Causamq; hanc totaliter decideremus ac in ea id quod Juris æquitatisq; ratio dictasset (Appellatione tamen a Sententia Definitiva, ad Judicium eiusdem Sac: Reg: Mtis Salua manente) definiremus ac determinaremus; atq; ea omnia, quemodo Nobis deducta, comperta, et comprobata fuissent, Scripto Nro transmitteremus, iniunxerat. Post expeditum vero eundem Actum Commissionis, sive Inquisitionis, vel non, Partibus iterum coram Judicio Suo Comparendi, Ulterioremq; Sententiam audiendi, conservaverat Terminum peremptorium, determinata ac tandem post translapsum Terminum non expedita Commissionis ad Judm eiusdem Sac: Reg: Mtis Assessoriale devoluta, Latum. Quo Decreto Judex Assessoriale Sac: Reg: Mtis. Quandoquidem Commissio, supra de Actu Specificato Decreto Relationum Sac: Reg: Mtis inviucta, non sit expedita; Sac: Reg: Mtas, iterato eam Causa, Commissionem decrevit, ad eandemq; peragendam, Nos Supra Scriptos Commissarios (demptis tamen aliquibus, Decreto Relationum Sac: Reg: Mtis assignatis, eidem Commissioni ob negotia Sua interesse non valentibus) assignavit, iniungendo, quatenus præfatis Literis Innotescentiarum Bvarum, duabus Septimanis ante Terminum parendis, ad Prætorium Civitatis eiusdem Sac: Reg: Mtis Tovuensis descendamus et conveniamus, ibidemq; absentia nonnullorum non obstante (modo quatuor adsimus) juxta contenta et obloquentiam anteriorjs Decreti Sac: Reg: Mtis Nos geramus. (et abbreviando Lites) Inquisitionem, abutriusq; etiam validæ nouerit attentatorum, expediamus ac peragamus. Decreti iisdem Sac: Reg: Mtis Vtriusq; præmissa Latius obloquentibus. Quapropter Vigore Regio et Nra, quâ, hac in parte fungimur, Authoritate Commissoriali ex Officioq; mandamus: Vt coram Nobis, Judicioq; Nro, à positione præsentium

Innotescen-

Innotescentium, in duabus Septimanis in Pretorio Ciuitatis Torunensis ad Instantiam Publicum et Famatorum Scabinorum et totius Contubernij Braxatorum Torunensium personaliter peremptorieq; compareatis. Quid Vos, in hac vendo supra scriptis Decretis Sac: Reg: Mtis Dni Nri Clementissimi, vatione superius insinuatorum, citant. Quatenus Vos coram Nobis Vti Commissarijs Sac: Reg: Mtis, ad contenta Decreti, ac super inurias, grauamina, preiudicia, Violentias Iuniũm, Priuilegiorum, Decretorum, Dilationum, prerogatiuarum, Mandatorum, Litterarum Salui Conductus Annullationes, iuxta contenta Originalis Propositionis, Protestationum ac Obductionum, Iustificationes, Inquisitiones, et defensas Vestras infrascriptis, Priuilegia, Rescripta, Ordinationes Decreta, et omnia alia Iura atq; munimenta, quibus pro expedienda eadem commissione, supradicti Braxatores indiguerint, communicetis; et exhibeatis; insimulq; Probationes et Inquisitiones Actoratus sui pro parte Magistratus, iuxta contenta Propositionis Vestra Originalis seruientes, coram Nobis inducatis, pretensionesq; Vestras proponatis. Sicq; ad hoc et alia, Latius Vobis in aduenienti Termino proponenda, declaranda Iudicia Litteri responsuri. Certificantes Vos, quod siue in dicto Termino comparueritis, siue non, Nos nihilominus ad ea quæ Nobis Decreti Sac: Reg: Mtis demandata sunt procedemus; Contumacia Vestra non obstante. Datum in Loco Residentiarum Nrarum Solitis, die Decima Julij Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Octauo. Joannes Rozycki Episcopus Chelmen Abbas Mogilnensis, Joannes Ignatius Baykowski Palatinus Pomeraniæ Commissarius. Damianus à Zretlow Castellanus Culmensis, Joannes Andreas Morstyn, Supremus Thesaurarius Regni; Ludouicus Sobiesz Custos Culmensis, Sac: Reg: Mtis Secretarius et Commissarius; Joannes Dominicus Działyński Capitaneus Pokrzywnicen, Stephanus Hankiewic Sac: Reg: Mtis Decretorum Voźhijnia Notarius manupria. Talitera reproductis et per Lectis Litteris Innotescentialibus, ac deducto Legitimo Termino, petierunt Partes amba, tam Magistratus quam Braxatores, Iurisdictionem Commissorialem fundari. Porro Nomine et ex parte Contubernium, Famati Vt supra comparentes, Decretum quoq; Regium, ex parte sui contra Nobis et Spectem Magistratum Latum, exhibuerunt, illudq; Legi, exequi atq; Iurisdictionem fundari, vocauerunt. Cuius Tenor sequitur est q; talis. **Tenor alterius Decreti Sac: Reg: Mtis.** Joannes Casimirus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Mazouiæ Samogitiæ Liuoniæ Smolenscie Cernichouiæq; Nec non Sueciorum Gothorum Vandalorumq; Hæreditarius REX. Significamus præsentibus Literis Nostris quorum interest Vniuersis et Singulis. Citatos fuisse ad Nos

et Iudicium

et Judicium Nrum Litevis Citationis Nrâ prima, Famatos Seniores et Juniores con-
tubernionum omnium et Singulorum, Civitatis Nræ Tornensis, quos Causa præsens con-
cernit, de Personis Causa infra Scripta, Bonisq; ipsorum generaliter omnibus. Ad In-
stantiam Generosi Intratoris Regni et Nobilium ac Spectabilium Prætorsul' Consulum,
Scabinorum, totiusq; Magistratus et Tertii Ordinis in obsequio perseverant Civium,
Civitatis Nræ Tornensis Actorum pro eo. Quia præfati Citati, in contravium
Constitutionum, ac contemptum Statuti Regni, de non extrahendis ex cruda ra-
dice Commissionibus, atq; in Convulsionem Privilegiorum, à Prædecessoribus Nris
Civitati collatorum, ac per Nos approbatorum Quorum notitiam habent, Uti è gre-
mio Civium) nec non spretâ figurâ Judicij Nri, ac omisso Ordinario Juris Pro-
cessu, ausi sunt Rescriptum Commissionis quoddam ex cruda radice, contra Præscri-
ptum Legum Publicarum, ad malam et Sinistram Cancellariæ Nræ informationem
quod nullatenus Subsistere potest, ad cognoscendum prætensiones quasdam, inter
Citatos et Magistratum exortas, Cracoviæ die Vigesimâ Septembris, Anno 1667
exportare, exindeq; Leges Regni ac Privilegia Civitatis convellere, et Juris dic-
tionem confundere; prout de facto exportarunt, convulserunt, confuderunt; per
quæ attentata, Pœnas condignas Succubuerunt, ac incurrerunt. Citati itaq; sunt
ad Videndum et audiendum, præfatum Rescriptum Commissionis, per illos ut ulterè
et illegitimè impetratum reponibile adimueniri, illudq; tolli, cassari, et annihilari,
Pœnas condignas Super Citatis extendi, ipsos in damnis, Litisq; expensis condemna-
ri. Caterumq; pro Causæ et Termini exigentia, Statui ac sententiari: Citatione
eâdem de præmissis Latiori. In Termino itaq; hodierno ex ex-
perimento per Citatos, circa primam Contumaciam inscripto, cum Partes supra no-
minata, Actorea per Nobilem Georgium Hübner Secretarium Civitatis, Nrâ cum
Nobli Laurentio Gaiecki, Citata verò per Spectem Georgium Merckner et Ga-
sparum Berent, cum Nobili Joanne Sadkowski Plenipotentibus Suis Legitimis,
coram Nobis et Judicio Nro comparerent, eumq; Terminum attentarent; et in Con-
troversias Suas de reponibilitate Rescripti Commissionis, Uti de cruda radice
impetrati, Jure mediante descenderent. Nos cum Consiliariis
et Jurisperitis Nostris Auditis Partium præfatarum Controver-
siis ac Defensis, eisdemq; probè discussis, Rescripto Commissionis Nrâ per Cita-
tos obtento reponibili Adimento. Quoniam ex allegatis Partium, Judicium
Nrum sufficienter informari nequit: Ideò præcavendo, ne alterutri Partium, ali-
quod præjudicium aggravamen inferatur, melioris informationis Nrâ gratiâ,

Commissio-

Commissionem ea in Causa decernendam esse duximus; prout quidem decernimus. Ad quam (mutuis Partium Sumptibus) peragendam, Commissarios Nostros Ut potè Reuerendum, Magnificos, Venerabilem et Generosos, Joannem Rozyckì Episcopum Chelmensem, Abbatem Mogilnen; Joannem Ignatium Boskowski Palatinum Pomeraniæ Skarszewien, Brodnicen, Capitaneum; Danielem Kretkowski Castellanum Culmensem; Andream Morstin Referendarium Regni, Zauichosten, Kowalien, Tucholien, Capitaneum; Ludouicum Strzesz Canonicum Culmensem, Joannem Dzialyński Capitaneum Polnzyrwicen, et Stephanum Casimirum Starkienic Decretorum Doctorem Volhyniæ, et Metricæ Cancellariæ Regni Maioris Notarium, damus et deputamus. Injungendo iisdem, quatenus capitato certo et competenti tempore, Partibus tamen, Litteris Inuocatoriarum Suarum duabus Septimanis ante Terminum ponendis) Vocatis et obtestatis, ad Prætorium Ciuitatis Novæ Torunen descendant et comparent, ibidemq; absentia nonnullorum non obstante, modo quatuor adsint, grauamina obiecta et Protestationes omnes abutrinq; intercedentes, tam publicum Statum Ciuitatis et Magistratus Torunensis afficientes, quam Contubernii cuiuscunq; audiant, aggrauent, inquirant, Vel si compertare poterint, complanent, sin minus, Causam hanc Appellationis à Sola Definitiua, ad Nos Judicium Novum Salua) decidant, atq; ea omnia, quomodò ipsis deducta, comperta, et comprobata fuerint, Scripto Suo concipiant, et ad Nos Judicium Novum, Inquisitionis in occluso, Sententiam verò Suam in aperto transmittant. Nos verò tum demum, id quod Juris æquitatisq; ratio dictauerit ea in Causa Statuemus ac decernemus. quam in ven Partibus prafatis, Termino itemq; coram Nobis et Judicio Nro comparendi, Ulterioremq; Sententiam desuper audiendi, in quatuor Septimanis, post expeditam eandem Commissionem Vel non, computan proximis, assignamus et conservandus peremptorium. Interim autem quatenus Utraq; Pars, iuxta Juris et Consuetudinem antiquam se Segerat, Magistratus, Ciues non aggrauet, sed Juris Viâ Legitimâ procedat, Contubernia quoq; Magistratui, in iis quid tenentur, obedientiam præstent. Idq; sub Pœnis per Commissarios Nros Statuendis iniungimus ac mandamus: Præsenti Decreto Nostro ad præmissa mediante. In cuius rei fidem præsentibus Sigillum Regni est appensum. Actum Varsauiæ Feriâ Secunda in Crastino Festi Nativitatis S. Joannis Baptistæ Die Vigesimâ Quintâ Mensis Junij Anno Domini Millesimo, Sexcentesimo, Sexagesimo Octauo. Regnorum Nrorum Poloniæ et Sueciæ Vigesimo Anno. Relatio Illmi et Magnifici Dni Joannis Comitis de Leszno, Supremi Regni Cancellarij, Maioris Poloniæ Generalis, Marienburgen Locumten. Capitanei. Joannes de Lesno Supremus Cancellarius Regni (Locus Sigilli Maioris Regni) Stanislaus Zurowski Decretorum Curiæ Regni Notarius

mpa.

Postmodum

Postmodum Statuerunt Ministerialem præfatum petentes ab eo Relationem positarum ex parte Sui Innotescentiarum, excipi. Qui Ministerialis personaliter Stans, itidem recognouit, se Innotescentias infra Scriptas, vt Supra Die Vigesima Septimâ Julij in Prætorio seu in Cancellaria Insinuâsse, quam Suam Relationem legitimando, porexit Quas Innotescentiarũ Tenoris talis. Tenor Innotescentiarum ex parte Contubernionum Torunensium. Nos Joannes Rozycki Episcopus Chelmensis Abbas Mogilnensis, Joannes Ignatius Bzkowski Palatinus Pomeraniæ Skarszoviensis Brodnicen Capreus, Dominicus Kretkowski Castellanus Culmensis, Andreas Morskin Supremus Regni Thesaurarius Tarichosten, Kowalien, Tucholiensis Capitaneus, Ludovicus Sczesz Custos Cathedralis, Canonicus Culmensis: Joannes Dziatynski Capitaneus Pokrzywnicen Stephanus Hankiewic S.R.Mtis Secretarius, et eiusdem Decretorum Dothinia, atq; Actorum Metrices Regni Cancellariæ Maioris Notarius ad infra Scripta peragenda, Decreto Sacrâ Regiâ Mtis Dni Nostri Clementissimi deputati et designati Commissarij. Vobis Nobilibus et Spectibus Præconsuli, Consulibus, totiq; Magistratui Ciuitatis Sac: Reg: Mtis Torunensis innotescimus. Oblatas Nobis esse Decreti S.R Mtis Dni Nri Clementissimi Lras, inter Vosmet ipsos Actores ab vna: et Sples ac Famatos Seniores et Juniores Contubernionũ omnium et Singulorum, eiusdem Ciuitatis Torunensis Citatos parte ab altera, in Judicijs Sacrâ Regiâ Mtis Assessorialibus, de Actu Varsaviæ Feriâ Secundâ, in Crastino Festi Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ, Anno curenti, in Causa per Vos iisdem Citatis, ad reponendum certum Commissionis Suæ Rescriptum, ad cognoscendum omnes prætensiones, eorumdem Contubernionum omnium et Singulorum, Cracoviâ emanatum, institutâ, lati. Quo Decreto Sac: Reg: Mtis in primis Rescripto Commissionis reponibili adinuento. Quoniam ex allegatis Partium, Judicium idem Sac: Reg: Mtis sufficienter informari non poterat, prædicendo ne alterutri Partium aliquod præiudicium et grauamen inferatur, melioris informationis Subrogatâ, Commissionem ea in Causa, mutuis Partium Sumptibus, expediendam decreuit; ad eandemq; peragendam, Nos dare et deputare dignata est. Quatenus Nos captato certo et competenti tempore, Partibus, Literis Innotescentiarũ Harum duabus Septimanis ante Terminum ponendis, Vocatis et obdestinatis ad Prætorium Ciuitatis Torunensis descendamus et conueniamus, ibidemq; absentiâ nonnullorum non obstante (modo quatuor adsimus) grauamina, obiecta, et prætensiones abutrinq; intercedentes, tam publicũ Statum Ciuitatis et Magistratûs Vestri afficientes, quam Contubernij cuiusuis

cuiusuis audiamus, cognoscamus, inquiramus, Vel si compelanare poterimus, complanemus, seu mèsuè, Causam hanc, Appellatione, à Sola Definitiua, ad idem Iudicium Sac: Reg: Mtis Saluâ, decidamus, atq; ea omnia, quomodò Nobis deducta, comperta, et comprobata fuerint, Scripto Nrò concipiamus, et ad Iudicium eiusdem Sac: Reg: Mtis Ingiuisitionem clausum, Sententiam Verò Nram in aperto transmittamus, Decreto eodem Sac: Reg: Mtis de præmissis latiore. Quapropter Vigore Regiò, et Nrâ, quâ hac in parte fungimur Commissoriali Authoritate, à positione præsentium Innotescentiarũ, in duabus Septimanis, in Prætorio Ciuitatis Torunensis: ad Instantiam Spòlium ac Famatorum Seniorũ et Iuniorũ omnium et Singulorum Contubernionum, Ciuitatis eiusdem Torunensis, personaliter, peremptoriè, compareatis. Qui Vos in hac re dem Decreto S. R. Mtis Citant; quatenus Vos, coram Nobis, Vt Commissarijs Sacræ Regiæ Mtis, ad contenta eiusdem Decreti Sac: Reg: Mtis, ac super iniurias, grauamina omnia, præiudicia, prætensiones, Iurium Violationes, omnesq; eorum actorum Propositiones et querelas, in Termino coram Nobis proponendas, iustificationes et reprobationes inferatis, ad eaq; omnia, prout Vobis coram Iudicio Nro deducentur, respondeatis: Necnon Vestras prætensiones, contra eosdem Actores, si quas habetis, proponatis. Sibi ad hæc et alia latius Vobis, in eo Termino deducenda et proponenda Iudicialiter responsuri. Certificantes Vos, quòd siue in dicto Termino comparueritis, siue non, Nos nihilominùs ad ea, quæ Nobis Decro Sac: Reg: Mtis commissa sunt, procedemus. Contumaciâ Vestrâ non obstante. Datum in Locis Residentiarũ Die Decima Julij Anni Dñi: Millesimi Sexcentesimi Sexagesimi Octaui. Joannes Rozycki Episcopus Chelmen Abbas Mogilnen, Joannes Ignatius Bykowski Palatinus Posnaniæ Commissarius nppe. Damianus Kretkowski Castellanus Culmensis Andreas Morstin Supremus Thesaurarius Regni, Ludouicus Skrzesz Custos Culmen S. R. Mtis Secretarius Commissarius, Joannes Dominicus Działyński Capitaneus Pokrzywnicen Commissarius, Stephanus Stankiewic S. R. Mtis Decretorũ Volhyniæ Notarius nppe.

Et Illmus ac Rndmus, Illris et Magnificus, Perillris ac Rdus atq; Grosus Joannes Rozycki Episcopus Chelmen, Damianus Kretkowski Castellanus Culmen, Ludouicus Skrzesz Custos Culmensis, Stephanus Casimirus Stankiewic Decrorum Regiorũ Volhyniæ et Actorũ Metricæ Regni Notarius, Commissarij; Attentâ affectatione Partium, Decreti Sac: Reg: Mtis Superiùs insinuatis, publicè lectis; in toto ac per omnia inhærendo, in præsentia Partium omnium, tam scilicet à Nobli et Spòli Magistratu, quam à Contubernio Bvaxatorum, necnon à Contubernij Deputatorum alijs, siue Plenipotentiâ adstante personaliter prædicto Honesto Alberto Zaiączkowski Ministeriali Regni Græli, multa itidem

complurium

compluvirùm, tam Equestris Ordinis, quam Ciuium et Incolarum Ciuitatis Torunien-
sis caterua praesente, et ea auscultante, adhibitis Solennitatibus Iuris, Iurisdictio-
nem Commissorialem, tam in Causis ex mutuo Actoratu Magistratûs et Braxatorum,
quam inter Contubernia alia, Vti Actores, atq; praelibatum Magistratum Torunensem, in-
tercedentibus, palam fundauerunt; Securitatem publicam, inter Partes indixerunt; et
Vt eaedem Partes, tam ciuica Controuersias, quam Celebrationem Iudicij Exercis, pacatè
et modestè se se gerant; à Scommaticis et aculeatis Verbis et vixis abstineant, seriò
et sub Poena Carceris, ad arbitrium Iudicij huius continuan': Necnon sub multa
pecuniaria, Videlicet Centum aureorum Ungaricalium, per Terminum Tactum inremis-
sibiliter Vindicanda, et in instanti reponenda, inuixerunt; atq; eam fundationem
dicto Ministeriali Regni Gnâli, ac simul. Securitatem, publicari, proclamariq; man-
dauerunt. Ceterum Actoratum et Causam Contubernibrum, coram Magistratum
institutam ad decisionem Causarum, inter Magistratum et Braxatores reciprocè intercedē-
tium Suspenderunt. A quo Decreto. fundatâ Iurisdictionis et Suspensio-
nis, tanquam ritè, debitè ac legitimè peracta, nostra Pars appellauit, quem nimò benignè
omnes acceptauerunt. Quibus sic expeditis Braxatores per Suum Defenso-
rem Nobilem Czarnotzki, exhibuerunt Rescriptum, manu S.R. Mtis Subscriptum, et Si-
gillo Minoris Cancellariâ Regni munitum. Cuius Series est talis. Tenor Rescri-
pti S.R. Mtis ex parte Braxatorum. Joannes Casimirus
DEI gratiâ Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ Prussiæ Mazo-
uiæ Samogitiæ, Liuoniæ Smolenscia, Czernichouiæq; Necnon Suecorum Gotho-
rum Vandalorumq; Hæreditarius Rex. Spectabilibus et Famatis, Burgrabio Pro-
consulibus, Consulibus, totiq; Magistratui Ciuitatis Nostræ Torunensis Fideliter Nobis
Dilectis gratiam Nostram Regiam, Spectes et Famati Fideliter Nobis Dilecti. Expositum
est Nobis, nomine Confraternitatis Braxatorum eiusdem Ciuitatis, per Supplicem li-
bellum: quod ad Executionem Decreti Relationis Nostrarum, inter eandem Confrater-
nitatem, et Fidelitates Vras lati Quo Commissionem, per certos Commissarios Nros
expediendam decreuimus, multis Priuilegijs, Rescriptis, Decretis, Ordinationibusq;
Regijs et alijs Juribus Ciuitati Seruientibus, ex Archiuo Ciuili indigeant: sine
quibus Commissionem Supra nominatam Nostram nulla ratione expedire possunt.
Quapropter seriò Fidelitatibus Vris mandamus, Vt ad requisitionem eorundem Com-
missionis Nrorum, supra nominata Priuilegia, Rescripta, Ordinationes, Decreta,
et alia omnia Jura atq; Munimenta, quibus pro expediendâ eadem Commissione
opus fuerit, sine Vlla tergiuersatione communicent, et extradant. Secus non

facturi

factura Fidelitates Vestra Sub Succubitione in Utroq; Actoratu Causa. Datum Varsa
uiæ Die Vigesimaquartâ Mensis Decembris Anno Dñi Millesimo, Sexcentesimo, Sexagesimo
Septimo. Regnorum Nrorum Poloniæ Decimo Nono Sueciæ Verò Vigesimo Anno. Joannes
Casimirus Rex (Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni) Stanislaus Lipski Regens Can-
cellariæ Regni. Quo Rescripto perlecto affectauerunt iidem Braxatores,
Acta sibi communicari et Priuilegia ac alia Documenta ex Actis et Archiuo extradi
iuxta Specificationem in Scripto porrectam. Tenoris eiusmodi. Tenor Specifica-
tionis Munimentorum. Petunt Braxatores hæc Documenta ex Actis et Archiuo
extradi. I: Priuilegium Casimiri Primi. 2. Priuilegium Sigismundi Primi, 3.
Decretum Sigismundi Primi Anno 1523 ratione 48 Vivorum. 4. Actus Con-
sulatus Anno 1565. 17 Decembris. 5. Actus Consulatus Anno 1600,
10 Martij. 6. Actus .. Anno 1602, 21 Junij. 7 Actus. Anno 1605
2. Martij. 8. Actus . . . Anno 1605. Supplicatio Braxatorum ratione In-
uectionis Cereuisiæ extraneæ, quam Consulatus Edicto publico prohibuit. 9.
Actus Anno 1605, 20 Junij. 10. Actus .. Anno 1607, 9 Julij. 11.
Actus .. Anno 1607 et Sequentibus Annis quevela, ratione extraneæ Cereuisiæ.
12. Transactio Anno Dñi 1622 Consulatus cum Ordinibus in Judicio Veteris
Oppidi deposit' in occluso. 13 Actus Anno 1631, 4 Aprilis. 14. Actus
Anno 1633, 25 Aprilis. 15. Actus Anno 1637, 19 Junij. 16. Actus
Anno 1647, 26 Novembris. 17 Dass Model. Bo[illegible]
[illegible] Obern Hn Elterleuten 18. Ordinationes et Jura tam an-
tigua quam moderna Hollandis data. Super quod, quoniam Nobles
et Sobles Burgrabius, Consul et Secretarius personaliter comparentes, consentirent;
seq; ex Actis et Archiuo extradi quidquid Pars reperierit Velle declararent. ~
Judicium Commissoriale Sac: Reg: Mtis, attentâ decla-
ratione nomine Magistratûs benevolè factâ, adhærendo Mandato Sac: Reg: Mtis,
ex quo Acta nemini sunt deneganda; decreuit: quatenus Magistratus et eius
Officiales Braxatoribus, tanquam Conciuibus suis Acta communicent, et Priuile-
gia ac Documenta Superiùs Specificata, quæcunq; in Actis, Vel in Archiuo re-
perivi potuerunt, ad requisitionem eorum authentice extradant. Partibus porrò Cau-
sam ipsam prosequi mandauit. Cum autem Partes inter se quisnam earum Acto-
ratus proponi debeat, diuersimodè disceptarent; Et Magistratus quidem Actora-
tum Suum primò introduci et judicari debere, siquidem priori tempore, semper
in

in Anno Millesimo, Sexcentesimo, Sexagesimo, Tertio, ex parte sui, contra Braxatores Citationes hinc extradita: Contumacia itidem prima, contra eos obtenta, Decretum quod primum Sac: Reg: Mtis Feriâ Sextâ post Dominicam Exaudi proximâ Anno Millesimo Sexcentesimo, Sexagesimo Sexto, inter Lisling et Braxatores, Interueniente pro tunc Magistratu, salutem esse Voluit, et per alia subsequenta Decreta Actoratus sunt combinati, infuerent. E CONTRA Braxatores, Citationem quidem ex parte Magistratus primo tempore extraditam fuisse; sed postmodum Causam desertatam esse. Tum quod Actoratus fuevit Suspensus, nechon quod in binis Decretis Sac: Reg: Mtis posteriovibus, Contubernium Braxatorum, pro Actoribus; et Magistratus, pro Citato sit Scriptus, Citatio quoq; contra Magistratu in Decreto Regio prius inserta, allegarent; atq; suum Actoratum introduci postularent. Judicium pro: Fatum Commissoriale. Licet hac Controuersia, inter Partes, Videatur esse meris necessaria; presertim cum idem sit promouere Causam, per Actionem, prout per Exceptionem; attamen pacis et mutuo Partium amori studendo, Actoratum Nobis et Spectabilis Magistratûs, prius introducendum, et Causam illius proponendam esse censuit, Actoratum tamen et Causam Contubernij Braxatorii Saluam et integram manere, ac eidem ne in minimo quidem derogari debere declarauit. Tandem die ad Vesperam Vergente, Causam in crastinum diem ad horam Septimam matutinam remisit, nullius Partis Jure laso. Die sequenti scilicet Sabbatho Comparuerunt Partes, Magistratus quidem per Supra Scriptos suos Deputatos; Braxatores itidem Ut Supra tum et per Honorabilem Andream Seidler Scabinum Suburbanum Confratrem Suum. Et imprimis Nobis Magistratus Causam vationis nouitei attentatorum, stante lite post Reviam Sac: Reg: Mtis per Braxatores patratorum, (priusquam ex Citatione Originali proponeretur) iuxta Leges Communes, quod Stante Lite, Attentata debeant ante omnia iudicari flagitauit. In Oppositum. Braxatores Causam hanc, iuxta obloquentiam, et Tenorem Decreti Sac: Reg: Mtis, ex Originali Citatione, primo proponi debere petierent, cum nullo prajudicium Actores, intuitu actis pretensorum attentatorum habeant; Nam eisdem DD. Commissarijs facultas concessa sit, post decisa ex Citatione Originali Puncta, etiam attentata noua decidi, intulerunt. Judicium supra datum Commissoriale Sac: Reg: Mtis; Post Partium Controuersias, Seruando Ordinem et adhaerendo Decreto Sac: Reg: Mtis Causam ex Actoratu Magistratûs iuxta Contenta Citationis Originalis prius proponendam esse Sententiauit. Quibus decisis tum demum de Attentata noua, accedeni esse consuit.

Proposuit

Proposuit itaq; Magistratus: Magnam ineſſe Braxatoribus inobedientiam in eo. Quòd Contributiones Publicas, à Tribus Ordinibus Ciuitatis legitimè et vitè sancitas soluere ac pendere recusant, ad quarum Solutionem, adstrictos esse probarunt. Primò Ius Naturale, quòd pro Conseruatione Sui, ipsa natura tale medium Subministrat; quod et ipsa Vita, non tantum facultates, pro Salute publica conseruanda sunt. Secundo. Ius Culmense Lib: I. Cap: 9. Quo Statuitur quidquid communiter ex Laudo Ciuili Sancitum fuerit, in eo, singulos Ciues parere debere. Item Lauda in Prætorio Ciuitatis Torunensis à Magistratu in Anis: 1410, 1411 et alijs Subsequentibus Sancita, quibus Contributiones Vigore Vsus sui Statuebatur. Item Decretum Reformationis seu Ordinationis olim Sigismundi Primi Regis Poloniæ Anno 1523 inter Magistratum et Communitatem vatione boni Reginimis, Latum, quo idem Vsus, imponendi Contributiones approbatur. Item Ordinationem Quinquagenta Virorum, Anno Millmo, Quingentesimo, Sexagmo, Quinto, Die Decimâ Septimâ Decembris; quam Magistratus, adinstar aliarum Ciuitatum Intiq; totius Communitatis ex Mercatoribus et Coætubernalibus diuersis, constituit. Quâ Ordinatione docetur: Quidquid Magistratus et Scabini cum illis Quinquaginta Viris concluserint, conseruerint, Statuerint, et adinuenerint, ex parte Magistratûs, Scabinorum, et Vniuersa Communitatis, ab omnibus alijs, id firmũ Stabile, et inuiolatum seruari debere. Item Ordinationem aliam Anni 1601. quam Magistratus, ex Vi necessitatis, in melius reducendo, iteratò, ad affectationẽ totius Communitatis, ad numerum Sexaginta Virorum reduxit, et ampliauit; cum Simili Facultate: Vt quidquid in Consilio conclusum fuisset, id ab Vniuersis Ciuibus ratum et gratum habendum esse. Ordinationibus prædictis demissis Latioribus. Item Authoritatem Illmi olim Cromeri Episcopi Varmien; qui Ordines Ciuitatis Lib: 2. obseruauit. Item Confirmationem à Sigis: mundo Augusto 1572, Ciuitati Torunensi concessam. Quâ facultas conceditur, ei debet Magistratui, Vt Communicatis Consilijs cum Ordinibus, rationes inirent, quomodo aliqua Communitatis Contributio inter ipsos ad soluendum os aliquem conflatum, constituatur, exhibuit. Item Vsum continuum et non interruptum, per Ordines Laudandarum Contributionum, et per Braxatores acomses Ciues soluendarum, ab Anno 1607, Vsq; ad annũ 1662, asseruit: idque Regestris deduxit. Item Reseriptum S.R.Mtis Anni 1663, in Causa Coætubernij Braxatorum, ad Magistratum datum, quatenus Brasea in Molendinis Prutenicarum ad petitionem et instantiam Ciuium.

existentia

et in Contribuonibus
existentia per Magistratum detenta, supposato Contubernio Braxatorum Torunen-
sium, sine quibusuis dilationibus, itatamen, Vt priùs eòdem Contributiones per
Contubernium detenta, persoluantur, restituerent. Item Decretũ Sac: Reg: Mtis
Anni 1666 ex Partium Controuersia prolatum. Quo cauetum, Vt Contributiones
omnes Ciuitatis publicas, iustè et Legitimè, iuxta morem et Vsum antiquum Laudatas,
Braxatores persoluerent, introduxit. Item: argumentando, à Minori: Si Braxato-
res Vsurpant sibi facultatem, imponendi Contributiones, super Contubernales suos,
multò magis Magistratui atq; Ordinibus hãc licere debere intulit. Insuper
Contrauentionem Laudorum per Braxatores factam, intuitu Contributionum, ab
Ordinibus sancitarum allegauit; illamq; probando. Inprimis Laudum 1655 die
23 Aprilis, ad Quadriennium constitutum. Dein̄ aliud Laudum 1659. quod Tres Or-
dines, ad spatium Sex Mensium prolongauerunt. Postmodum Laudum Anni 1663
die 16 Januarij exhibuit. Quibus Laudis Braxatores non satisfeciße affirmauit. Ad-
extremum: Rescriptum Sac: Reg: Mtis de data Torunij die Decimâ Septimâ Octobris
Anni 1651. quo Contubernio Braxatorum iniunctum, Vt Magistratui, omnibusq; Or-
dinibus, in omnibus eorum placitis et Sanctis, ad Bonum Ciuitatis, et communem
Vsum accommodatis, omnimò pareret et satisfaceret; à priuatis Contubernij conuenti-
culis, sub Pœna Quatuor Millium Vngarical. abstineret, atq; Decretum Sac: Reg: Mtis
Sabbatho intra Octauas Solennium Festorum Sacri Paschatis, Anni 1652 Ex Acto-
ratu Braxatorum, ad reponendum hoc idem Rescriptum agen̄, ex Controuersijs Latum,
quo, Rescriptum prædictum Anni 1651 (condonatâ Pœnâ) approbatum fuerat
reproduxit. Ex his itaq; præmissis rationibus, Iuribus, Priuilegijs, Laudis, Or-
dinationibus, Decretis, Rescriptis, tam à Serenissimis olim Regibus Poloniæ, quam à
Sac: Reg: Mte collatis; Braxatores ad Solutionem omnium Contributionum, à Ma-
gistratu et Ordinibus Sanctarum, stringi petiit. In oppositum
Braxatores, se non teneri ad Contributiones easdem Soluendas; siquidem in illis Ma-
gistratus, Contributiones publicas, Ciuibus imponat, atq; eisdem aggrauet. Tum quia
alij Prouentus Ordinarij Ciuiles satis ampli reperiuntur. Nec non quod Bona Terre-
stria Villas Scilicet Quadraginta circiter, per Diuos Reges Poloniæ, non Magistra-
tui; sed toti Ciuitati collata, ipse Magistratus seu nonnulli præsentes Consules, Uxo-
res demortuorum, ac Successores possident, fructus percipiunt, et in priuatũ Usum
conuertunt, per quod publicum Ærarium ingenti Summâ obæratum, Ciues depaupe-
rati, Ciuitas damnificata; qui Prouentus et Usus fructus ex Bonis Terrestribus, ac alijs
Ciuilibus, si in publicum collati fuissent; nullâ Contributione Ciuitas indiguisset,
inferrent: Quod deducendo allegarunt Priuilegium Diui Casimiri de Anno

1457.

1457. Item aliud 1520 Sigismundi Svimi Item eiusdem Regis 1527, quibus Bona Terrestria, Ciuitati donata sunt. Item quod Magistratus obstantibus certis Iuribus Priuilegijs, Rescriptis, sine speciali Sac: Reg: Mtis Consensu, Contributiones Ciuibus imponere non possit. quod probando, exhibuerunt ac reproduxerunt Authoritatem Sanusouii, qua disponit, Magistratum Gedanensem, Ciuibus Contributiones Statuere non posse. Item Supra Scriptam Confirmationem Sigismundi Augusti, per Magistratum Superius reproductam. Item Henrici Regis Rescriptum 1574, ad Magistratum Torunensem, quo cauetur: Nemini licere Vectigalia, aut alias quascung Contributiones, priuatâ authoritate, sine Voluntate Sac Reg: Mtis imponere. Item Diui Stephani Regis Responsum 1576. quo conceditur facultas Magistratui, Vt tributim precuniam Vulgò Collectam Vocat, pro Una Vice, more consuetudineq instituet. Ita tamen, Vt ad eam rem Consensus et Voluntas omnium Ordinum Ciuitatis accederet, illiq non ignari sint, quas ob res Collecta hæc instituj, et in quos Vsus pecunia illa conuerti deberet. De qua re coram Sac: Reg: Mte, iuxta Legem Præscriptum, Suo tempore facturus sit. Item Decretum eiusdem Regis 1577. quo Magistratui iniungitur, Vt à Braxatoribus Accisam Authoritate Suâ, non exigerent, Verum eos, circa Libertates, prout alia Contubernia conseruaret. Item Fridwaldi Fiscalis Terrarum Prussiæ Scriptum Anni: 1578 produxerunt, probari Volentes, non posse Magistratum, sine Speciali Consensu Sac: Reg: Mtis, Vllas aggrauationes imponere. Item Transactionem Magistratus, cum Ciuibus, 1622 die 19 Decembris, initam, Tenoris talis. Inter alia, Magistratus promisit sancte, in futurum et perpetuis temporibus, à Ciuibus, nullas Contributiones exigere. Item Transactionem Anni 1628 die 12 Martij. Quâ Contubernium ceteram Summam se dare submisit, cum ea declaratione, quòd id faceret, non ex beneplacito Ordinum, sed Vtrò et benevolè, saluis per omnia Decretis Regijs, quæ sibi Contubernium in toto illæsa, et Sancta tectaq seruare Vellet, instanterq petendo Magistratum, hanc Contubernij declarationem, cum simul annexa necessaria reseruatione, quòd id non in Vilipendium Ordinum, sed solùm propter Conseruationem Iurium habitorum faceret, non absque Laturûm, et ad Acta, eandem Manifestationem recepturum. Item Transactionem Anni 1630 die 12 Martij, quâ consenserunt, Vt Contributio ab Ordinibus Laudata, per illum Annum, illæso et Saluo Decreto Regio, à Propinatricibus et Contubernalibus, Cereuisiam pro propinantibus exigeretur, et Cereuisia ante impetratas Schedulas, à Baiulis è Cellis efferretur: Contributio Verò ad Taxam Cereuisiæ, non pertineret. Item

Manifè:

Manifestationem 1631 die 4 Aprilis, coram Consulatu factam, Ubi Contubernium, ratione sponte et voluntarie concessa, ac ad Terminum 19 Maij prorogata Contributionis, sibi omnia Jura et Decreta, omni meliori modo ac forma reservauit. Item Aliam Manifestationem, Anno eodem die 12 Julij factam Tenoris istius: Quandoquidem ista Contributio prolongaretur: Ideo Contubernium se manifestaret Dictam Contributionem, non coacte, neq; ex impositione Ordinum sed Ultro et beneuole, et non Ulterius quam ad destinatum Terminum, qui fuit 30 Martij, seguentis Anni concessurum fuisse, et id Saluis omnibus Juribus, Priuilegijs, Decretis, quae sibi identidem, sine minima Lesione et prediticio reseruauit. Item Manifestationem 1633 intuitu Ultronea a Contubernio concessa Contributionis. Item Rescriptum Seuerissimi olim Uladislai Quarti Anno 1645 die 10 Julij. Quo inuibgitur, ne Magistratus Braxatores, contra Decreta sub Pena Viginti Millium florenorum Polonicalium aggrauaret. Item Rescriptum Regium 1649 die 4 Octobris Quo mandatur, ne Braxatores, ad insolitam Contributionem cogant, illamq; ab eis exigere audeant, aut Ullo modo Liberam Cereuisia Coctionem, et exportationem per quascunq; personas propinationem, tam in Ciuitate quam extra Ciuitatem prohibere presumerent; Verum iuxta antigua Jura et consuetudines, aqualiter, ea tantum, quae licite et sine oppressione ac prediticio alterius Statuuntur; prout a Concriuibus Suis exigere, eosdemq; nonnisi ad iustam, ac aqualem Contributionem adigere audeant. Item Decretum Sac: Reg: Mtis Feria Quarta, post Dominicam Oculi proxima, Anno 1650. Quo repositio Rescripti Sac: Reg: Mtis 1649 die Sexta Septembris per Magistratum impetrati, et incompetentia Actionis, ex Consensu Partium decreta est. Item Transactionem 1663 die 3 Decembris, inter Magistratum et Braxatores; qua Submittit se Magistratus, inuectionem Cereuisia extranea et propinationem ipsius interdicere et cohibere. E conuerso Braxatores, certam Contributionem, a qualibet Lasta polliciti sunt, eaq; promissa, ad Spatium Unius Anni, Partes pro experimento acceptarunt. Item Decretum Seuerissimi olim Sigismundi III Anno 1636 inter Magistratum et Braxatores Gedanenses Latum. Quo decretum est, Ut Magistratus de Statuenda Accisa, nisi iuxta nexum Contractus ipsi habita minimum in omnibus ratione aquitatis, idq; si opus et necessitas Visceret, abstineret. Item pradallegati Decreti Reformationis seu Ordinationis Sigismundi Primi Articulus 9us. Quo Statuitur, Ut Consules, habita mutua intelligentia, consilia Sua communicarent, in hoc cum Judicijs Utrarumq; Ciuitatum, Scabinis Videlicet et Mercatoribus et Senioribus, Ut etiam Super huiusmodi re, Consilia Sua communia in

medium

medium profenerent. Item Articulum 16. Quòd Consulatus coram Universitatis Consulatu et Juratis Quinq; Viris Mercatoribus, et alijs quinq; de Principaliori-bus Contubernijs bene possessionatis, de omnibus Prouentibus Civilibus, Sufficientem rationem quotannis fecerit. Item Rescriptum S.R. Mtis Anno 1650 die 4 Junij ad Magistratum, Ut Sine Speciali denuntiatione Proconsulis, pro tempore presidentis, nulli Civi Tovunensi Cervisiam Exoticam emere, et ad Cellarium deponere liceret, Usq; ad informationem sui per Commissarios expediendam. Item aliud Rescriptum Sac: Reg: Mtis 1660, die 22 Maij, Ut Magistratus Contubernales Braxatores, circa antigua Decreta, Ordinationes Contubernij conservaret, et ab Executione Decreti Sac: Reg: Mtis Anno 1652, Lati, ad Declarationem Ulteriorem Regiam, Supersederet. Item Commissionem Anno 1553 inter Consulatum et Communitatem Contubernionum expeditam. Quâ docetur, quod Consultationes Articulorum futurorum emergentium necessariarum verum, pro Conservatione, debent eo modo, prout Sacra Regia Mtas in relicta Reformatione ordinauit, fiviniter observari, quod etiam Consulatus, adimplere promisit. Item Iidem Braxatores per Oratum Andream Seijdler Ordinationes pro allegatas, non esse Validas, imò esse illegales, ex quo sub tempus Pestis Thovunij grassantis, Cives pluvimi aut fermè omnes, fidei Romano Catholicæ è Vivis extincti, post quorum mortem, extranea persona, et ignari Legum Arianicæ Secta seu alterius cuiusuis professionis per Magistratum, Antecessores Scilicet nouorum Consulum fuerunt introducti allegarunt. Ad extremum quod antiquas Ordinationes sine Consensu Sac: Reg: Mtis immutari non debuerant Authoritate Januarij deducere conati sunt. Denig; Magistratum, non tantum privatas Ordinarias Contributiones Laudare; sed etiam Publicas, Videlicet Accisas (quas sine Consensu Sac: Reg: Mtis et Ordinum Status regnum) imponere, non posse intulerunt. Quibus Sic deductis se ab incompetenti Actione eliberavi, et Actoratim Suum acclamari, audivi et judicari petierunt. Porrò Magistratus replicaturum se velle in futura Sessione, ex qua jam occasus Solis immineret, declaravit. quod ipsi concessum est. Futura itaq; Sessione semper Feriâ Secundâ ante Festum Gloriosissimæ Assumptionis B. M. Virginis in Cælum proximâ, Die Videlicet Decimâ Tertiâ Mensis Augusti Partes Ut Supra coram prænominatis Commissarijs et coram Gnoso Joanne Dominico Dziatzinski Capitaneo Pokrzywnicensi (qui recenter advenit) comparuerunt. Et Magistratus quidem

ad illatas

ad illatas Braxatorum Rationes Replicando overerus intulit: Janussovium in Jure nihil posse probare, Item: Confirmationem Sigismundi Augusti, Rescriptum Henrici, et Decretum Stephani Regis, et alia Documenta, per Braxatores reproducta, minimè ad Casum presentem quadrare; Siquidem, ibidem prohibetur, né Magistratus Solus priuato motu Contributiones imponat. quod agnoscitur, et ita semper fit: Nunc autem res est, de Contributionibus, per omnes Ordines Ciuitatis Legitimè Laudatis. Item Fridwaldi Scripta, tanquam famosa et ex Decreto Regio, in Foro Publico combusta, nullam fidem facere posse, imò Braxatores, ex quo prohibito Scripto in Judicijs Uti, et producere audent, pœnis *debere. punirì regesit. Præterea dicatum suo Gedanen Dissimile, Uti respectu Contractus prolatum et in Ciuitate Gedanen, aliter in Contribuendo Usus et praxis obtinuit. Item Bona Terrestria tanquam post hostilem deuastationem, nudum integrè restituta, non posse fructum facere, qua licet ante Incursionem Suecicam, vegetata fuerunt, et Reditus in Regestris Specificatus percipiebatur: tamen Contributiones semper pro Necessitatibus Ciuitatis, per Ordines Laudabantur. Item Nomen Accisæ, non tam Lato modo Sumi, nec sub hanc Nomenclaturam, cadere Contributiones debere Ciuiles: aliasq; Refutationes plurimas overenus induxit. Tandem post Controuersias Partium earundem conclusas. Quoniam Materia Contributionis, et exindè emergentia, Statum Ciuitatis, ratione Sexaginta Viratûs, Laudorum, Electionis, Accisarum Calculorum, totam Ciuitatem afficit: Ideò nomine Contubernionum omnium Ciuitatis ad Causam Præsentem interuenerunt Famati Seniores Contubernionum omnium, Ut potè Lanionum Veteris Ciuitatis Simon Krauze et Adamus Liszke: Nouæ Ciuitatis Melchior Stein et Michael Strobatz: Pistorum Jacobus Sprungsgutt ac Joannes Szulc: Sutorum Michael Austen et Gaspar Hahn. Fer: Fabrorum Henricus Weis atq; Ambrosius Gerlach: Aquariorum Jacobus Knoll et Martinus Sommerau Jacobus Segev: Gladiatorum et Coldariorum Jacobus Kovitkowski et Joannes Jansen: Sartorum Gregorius Westfal et Nicolaus Weber. Mensatorum Jacobus Gerhard ac Michael Szenkor. Stannifusorum Andreas Flentschel, Joannes Bitcher, Michael Zrowske, Conradus Wilad, Joannes Kluge, Ernestus Fischer et Zacharias Albrecht: Doliatorum Constantinus Brandt: Vitrariorum et Frenificum Michael Grill, Andreas Peters, Georgius Gebel Martinus Hitz, Joannes Stirel et Joannes Werde: Figulorum Matthias Szatanek, et Valentinus Kota: Cordonum Michael Meijer et Paulus Kircheijsen: Fabrorum Ferri et Pannariorum David Kevner Jacobus Fischer et Christophorus Griner: Fabrorum Ligni. Martinus Lose, Ora cum Nobili Sebastiano Czarnoteski Seg. ex quo hocce Negotium, inter Sua grauamina contineretur, ad experiendum admitti postulauerunt. Atq; ante omnia Plenum vatione Con-

tributionum.

tributionum tantisper suspendi debere, donec ex Bonis Terrestribus, Villis, Pagis, Cqua omnia Bona totius Ciuitatis propria ac hereditaria, per Serenissimos Dictæ memoriæ Reges gratiosè collata, ac alios Prouentus Ciuiles, solus Magistratus, vel potius non nulli è Magistratu, inscia Communitate possidebant et possident, fructus percipiunt, et rescitur in Quem Usum conuertunt? vario Administrationis fiat: Siquidem Contributiones non debuerunt Laudari, sed necessitates Ciuitatis, ex fructibus communem Bonorum atq; ex aliis Prouentibus Ciuilibus satis amplis, prouidere potuerunt, Vtq; Magistratus, Regestra Perceptorum Prouentuum omnium Expensarum ab Anno 1622 coram Iudicio præsenti reproducat; Calculum Perceptorum et Expensarum, in præsentia Communitatis faciat, quibus expeditis, tum demum in Puncto variorum Contributionum quod Iuris decernit flagitavunt. Hoc itidem Braxatoribus multifariè exposcentibus. E CONTRA Magistratus, Bona Terrestria, Ciuitati toti seruire agnouit: sed eorum administrationem, sibi duntaxat non alteri cuipiam, Vigore Priuilegiorum et Iurium competere allegauit. Quoad Regestra seu Calculos, hæc per Possessores quotannis fideliter conscripta et stato tempore Priuilegiis Ciuitatis, ac exinde toti Communitati, vel potius Vigore Ordinationis Diui Sigismundi Primi Decem Viris, ad hoc ordinatis, exhibita, et approbata sufficienteng Calculum, ex omnibus Prouentibus datum et ratihabitum esse induxit. Cæterum ad secundariam Calculationem, se non posse stringi, etiam Vetantibus Iuribus, Ciuitatis huius. quæ coram nullo, nisi coram Sola Regia Mtte, aut memoratis Decem Viris, rationes reddere iubet, intulit. Tandem cum Braxatores et Contubernia omnia Superius Specificata Calculationem eandem factam fuisse negarent, Decem Viratum, pluribus agnoscere nollent, pluresq eos Magistratui, magis fauentes esse, atq; multas alias Obiectiones, Exceptiones et rationes, eo nomine infebrent. Illico Nobis et Spectabilis Georgius Ernestus Burgrabius, refutatis aduersa Partis Obiectionibus, communicato cum Collegis Suis consilio; se pro Bono Pacis, et redintegratos animos Ciuium habere cupiens, pro hac Vna Vice, Regestra Iudicio præsenti, tanquam à Sac: Reg: Mtte delegato, exhibere velle, cum ea Cautela, ne eadem omnibus patefiant; neue Communitas, seu multitudo Plebis secreti nescia, eadem Regestra introspiciat: Siquidem Iura et Priuilegia antiqua, Vrbis huius, certis duntaxat Personis Secreta Ciuitatis patefacta non Verò omnibus fieri Voluerunt, Iudicialiter declaravit. Quo nomine, cum per Partes ambas, et Interuenientes Contubernales satis prolixè altercando disputatum esset. Iudicium Commissoriale Sac: Reg: Mtis. Auditis Partium Controuersijs, allegationibus, et defensis: Quandoquidem inter tot Probationes, allegationes altercando pro et contra illatas sufficienter informari nequit, præcauendo ne alterutri Partium aliquod præiudicium aut grauamen inferatur, attentâ quoq; Declaratione Nobilis et Spectabilis

et Sblis Magistratis, ad facilitandum hocce Negotium, Vltroneè datâ, decernit: quatenùs is idem Magistratus, propter meliorem informationem, pro hac Vna vice, Regestra siue Calculos Prouentuum Curiium, in Vniuersum omnium, quocunq; nomine Vocatorũ, et Expensarum in futura Sessione, coram Iudicio presenti exhibeat et producat: ad qua Regestra, in presentia Iudicij Sui reuidenda Deputati admitti debent, duo ex Consulatu; Nbles Georgius Cymerman, et Antonius Kronbergier. Duo ex Scabinatu; Honorati Andreas Blung et Antonius Baumgart: Nomine autem Contuberniorũ et Communitatis: quatenus Braxatores et omnia Contubernia supra scripta simul duos ex Decem Viris, iuxta antiquũ Vsum, ad excipiendos Calculos et Rationes Prouentuum atq; expensarum pro Anno presenti deputatis, et in Libro Electionis contentis, nominent ac specificent. Qui taliter Nominati, insimul cum Deputatis supra scriptis, ex Consulatu et Scabinatu, Regestra eadem in presentia Peritorũ et Adm Rndi Ludouici Skrzesz Custodis Cathedralis et Archipresbyteri Culmen, Prepositi Sanocensis, Vnius ex Commissarijs, tanquam ad hunc Actum per Iudicium Suum deputati, durante Commissione reuideant, Prouentus et Expensas fideliter connotent, et rationem coram Iudicio presenti, expediti Calculi reddant, Sententiauit. Tandem Braxatores et Contubernia, se ex Communitate tota duos Cives, non ex Decem Viratu, ad excipiendũ Calculum deputare velle, intulerunt: quòd cum per Partem, rationibus Legalibus reputatum esset. Iudicium idem Commissoriale standum esse Decreto Suo anteriori censuit, quo, ex Decem Viris, non ex Communitate Cives duo assignati sunt. A qua Sententia Braxatores et Contubernia ad Iudicia Sac: Reg: Mtis Appellationem interposuerunt. Postmodum morâ intercedente, redeuntes ad Iudicium, Appellatione interpositâ Vltrò recesserunt, atq; in instanti ad excarriendum eundem Calculum Deputatos, ex Decem Viratu, minimè Famatos, Iacobum Gering et Dauidem Kunpler assignârunt. Proposuit Secundo Magistratus contra Braxatores ratione Rescriptorum et Saluorum Conductuum à Sac: Reg: Mtte sine prefixione Termini, in aggrauationem Sui, contra Iura, Decreta, et Priuilegia obtentorum, ac exinde se se à Iure, Iustitia et Executione subtractionis. Quod deducendo, exhibuit Priuilegiũ Sigismundi III Anno 1598. quo Rex Saluos Conductus ad excludendas Controuersias et Actiones Ciuiles, nulli Ciuium dari promisit, datis Vt non ad Licentiam impunitatemq; iis abuterentur neq; se se ab Ordinaria Iurisdictione eximerent declarauit: Braxatores verò obtinuerunt Saluum Conductum Anno 1661, nullâ Vi et potentiâ Vrgente. Item Rescripta impetrârunt Anno 1650 et 1660. Vim Priuilegiorum in se continentia, cum Statutis, Ordinationibus, et Consuetudinibus Ciuitatis Culmensis, nec ea ad notitiam Magistratûs intra Triennium

deducta

deducta esse; at verò Priuilegia et Rescripta Principum non facientia mentionem de Priuilegiis Partis alterius, velut Subreptitiè obtenta, non valere debere. Quibus quidem Rescriptis et Saluorũ Conductuum Litevis, Bvaxatores ad Licentiam, contra Magistratûs Ordinariam Iurisdictionem abusos esse allegauit, exindèq; eadem reponi et tolli petijt. E CONTRARIO Bvaxatores punctum hoc, ad Actoratum suum suspendi, flagitarunt. Siquidem in Sua Citatione contra Magistratum editâ continetur. Proposuit tertiò Magistratus, Ratione per Bvaxatores Conventiculorum, bonis Ordinibus et regininis Ciuitatis prãiudiciosorum ac pernitiosorum, Legibus prohibitorum institutionis; in eisdemq; Ordinationũ Ciuitati noxiarum, inscio Magistratu Sanctionis; priuatarum Contributionum, cum aggrauatione Ciuium impositionis, et in Vsum Suum priuatum conuersionis, exindeq; bonis Ordinis et Regininis Conuulsionis. quod quod sint prohibita taliter deducendo, allegauit Ius Commune Cod: de his qui confugiunt ad Ecclesiam. Item Lib. I Codicis de Monopolijs. Item Articulos Plebiscti. Primum quod nemo Seditiones, aut Conventicula facere, nec Concursus excitare, neq; consilio et ope, siue in Scripto, siue ore tenus Assistentiam iis prãbere debebit. Item Alterum Tenoris talis: Nemo ex Ciuibus quemadmodũ nec Opificũ Socij debent, vel Sanctiones, vel Congregationes facere, quæ sunt contra Reg: Mtem, Tervas Prussiæ, Ciuitatem, vel etiam Magistratum, sub Pœna. Item Priuilegium Confirmationis Iurisdictionis à Sac: Reg: Mte Anno 1650 die 20 Maij datũ. Quo Conventicula et illiciti Actus, vti Publicæ Saluti damnosa, abrogantur, exceptis iis duntaxat, Contuberniorum Congressibus, quos authoritate Magistratûs, et in effectum bonæ Ordinis et Regininis Opificij cuiuscunq; instituì mouis et consuetudinis sit. Item Aliud Rescriptum Sac: Reg: Mtis Anno 1651 Quo iniungitur Bvaxatoribus, vt à priuatis Contubernij Conventiculis, quæ aliàs, Statuta Regni abrogata esse voluerint, et in enervationem Authoritatis Magistratûs et Ordinum, celebrandis penitùs abstineant. Item Decretum 1651 prædicti Rescripti approbatorium, ex Partium Controversia Latum. Item Priuilegium Diuì Sigismundi Tertii, Anni 1598. Quo soli Magistratui, nouæ antiquæ de Collegiorum Corporumq; Statutis, ex Ciuitatis rationibus et communi Vtilitate Statuendi, Ius potestasq; integra, relicta sit. Item Decretum Commissoriale Anni 1553: Item Decretum Diui Stephani Regis Anni 1583. inter Magrum Torunen et Helman Pistorem latum. Quo decernitur, vt Ordinationibus Ciuilibus non contraueniat, Magistratui in omnibus obediat, atq; se per omnia honestè, ad instar aliorum Pistorum

conuenit.

conseruet. Item Articulos seu Institutionem Braxatorum, Vulgò Role dictos, Authoritate Regum confirmatos de Anno 1561. Quo euincere conabantur, quòd Congressus, ex Mandato Magistratûs indicî, et si aliquis Contubernalis absens fuerit, mulctarì pecuniâ debeat. Item Rescriptum Sigismundi Augusti 1552, de Vltimâ Augusti. quo iniungitur Ciuibus, Vt debitam obedientiam Magistratui prastent, neue aliqua Conuenticula faciant; sed in omnibus, secundum Constitutiones Regias se segerant. Item Priuilegium confirmationis Iurisdictionis Anni 1650 quo praecipitur; Vt si quid à Tribus Ordinibus, ex Praescripto Reformationis Regiæ, et iuxta Consuetudinem antiquam, in Ciuitatis Vsum pro re nata, necessitate, temporis constitutum esset; omnes Ciues et Contubernia, subiacere debeant. Item Ordinationes toti Ciuitati nocuas à Braxatoribus in Anno 1666, inscio Magistratu constitutas ac conclusas exhibuit. Insuper se Magistratum in Causis Braxatores concernentibus, inhaerendo Iuri Culmensi et Praxi ac Consuetudini aliorum Contubernionum, Sessiones formandas non denegari; Verum abusum ab ipsis maximum committi: Nam in illis Sessionibus, multa nociua, nempè omnia Consilia, ad instituendos contra Magistratum Processus ineunt, Ordinationes Iuri Ciuitatis publico contrarias, ac noxias, inscio Magistratu Statuunt; Contributiones immensas, Videlicet de Vna coctura Sexaginta flovenos Laudant; ob quas priuatas Contributiones, Soluere Publicas renuunt: quinimò prauos Ciues ad Soluendas easdem, reuocant et abducunt; Contubernia ad Seditiones et obedientiam Magistratui non praestandam concitant, et illa ad se Suamq; Societatem auocant, intulit. Petijt itaq; Magistratus, praefatas Ordinationes, Sanctiones, Articulos, in Conventiculis à Braxatoribus Sanitas reuoduci, illasq; tolli, cassari, Conuenticula, Congressus in posterum interdici; Contubernia ad obedientiam praestandam stringi et compelli eamq; seriò iniungi. In contrarium Braxatores se non tenere Sessiones formâsse, Ordinationes priuatas inter se nulli nociuas Sanciisse, cum habeant facultatem praemissa faciendi, quod Verificando, produxerunt Decreta bina Sac: Reg: Mtis: Primum quidem Contumaciale Anno 1665. Alterum verò ex Controuersia Anno 1666 inter Braxatores Actores, atq; Kisling et Zulff prolata, Contributiones verò et Collectas, à se ipsis Laudari, Laudatasq; sine damno et praeiudicio Magistratûs, de pecunijs sive contribui, contributasq; in Tuitionem Iurium et defensionem Causarum suarum ordinari ac conuerti: exindeq; Magistratum, ad Laudatas Contributiones et Collectas Contubernij priuatas, ex Vsu antiquissimo, nullatenus pertinere debere, refutarent. Quantum autem attinet Ciues ad Soluendas Contributiones prono, responderunt Braxatores nunquam ipsos ab hoc proposito et intentione auocâsse, neq; illos ad Seditiones et tumultus prouocâsse ac excitâsse, atq; expurgandi se gratiâ, ad Inquisitionem traxerunt. Quo

ad Leges

ad Lras Salui Conductûs impetratas, veplicarunt, se Vigore illarum ab Executione sorti
et Militari, per Magistratum iniunctâ; non verò à Iudidica Subtraxisse. Refractarijs
lenigs Ciuibus, et Executionem Iudicij Subterfugientibus, nullum patrocinium prabuisse
et eo in puncto, ad Scrutinium provocarunt; in alijs verò ad Actoratum *Suum Suspendi postula-
runt. Proposuit Quarto Magistratus; Quia Braxatores Peregrinis Molendinis
et domesticis manualibus Vrentium cum damno Ciuitatis et diminutione Prouentuum Pu-
blicorum. Responderunt Braxatores non negâsse id factum à se ex eo, quia cogebantur bra-
sea Sua, ad Molendina externa euehere: Nam accessus, ad Molendina Ciuitatis non pate-
bat, et eadem recipere, à Magistratu interdictum fuit, inuecta autem extradi ipsis Ma-
gistratus interdixit, atq; hoc Punctum itidem ad Actoratum Suum Suspendi petierunt, ex
quo inter Sua grauamina Specificatur. Proposuit Quinto Magistratus,
intuitu Taxa Cerevisia à Magistratu, Vigore Iunium, Decretorum Regiorum non petitâ;
sed pro Libitu Suo Taxam constitutionis. Tum quod Braxatores iidem, Seniores, Sui
Contubernij à Magistratu prout tenentur, non petant; quod probando, exhibuerunt primò
Ius Culmense Lib: I Cap: 6. Demùm Articulum Fundationis Braxatorum, alias Rolle
dictum, quo Statuitur, Vt Braxatores quolibet medio Anno videlicet Octiduo post Festa
Paschatis et S. Michaelis coram Magistratu comparerent, atq; Taxam potulentorum, pro tem-
poris qualitate et publicâ pretii vatione petant, atq; prout tunc tales Cerevisia, et omnia
potulenta per Magistratum in pretio et mensura sit *Item taxarent. Item Vsum antiquum tam in pe-
renda denominatione Seniorum Braxatorum à Magistratu in Anno 1489, Vsq; ad
Annum 1508, quam in Taxa Cerevisia, ab Anno: 1493, Vsq; ad Annum 1662 à
Magistratu imponenda practicari solitum allegauit. Adextremum Decretum Sac: Reg:
Mtis Anno 1666, Feria Sextâ post Dominicam Exaudi, inter Braxatores et Kisling
ex Controuersia Latum. Quo iniungitur Braxatoribus, Vt respectu Cerevisia taxanda, bis
in Anno, Molem et Spolem Magistratum adeant, et Taxationem eiusdem requirant, Ele-
ctionemq; Seniorum, quo Libet anno, ab eodem Magistratu, quod ipsum is idem Magistra-
tus denegare non poterit, petant reproduxit. Postulauit itaq; Magistratus Braxatores
ad promissa Stringi. In Oppositum Braxatores, Responderunt se Stante
Lite Taxam, prout Mercatores, a cuius Contubernia non petiisse, sed se id facturos, cum
Mercatores et Contubernia Plagitauerint, submiserunt. Post quam Propositionem
factam, petiit Magistratus, Vt Vigore Decreti Sac: Reg: Mtis pariter attentata, con-
tra Braxatores, Stante Lite pertractata, proponeret. Iudicium Subpetatum
Commissoriale. Adhibendo Decreto Sacra Regiâ Mtis, eadem proponenda esse cen-
suit. Conquestus est itaq; Nobilis Magistratus contra Braxatores eo. Quia
Contubernia ad se et Suam Societatem auocârunt, qui cum Tecto Vrbine, de Bono

Publico

Publico consulere veruunt, Excassiuos et Magistratui refractarios ac inobedientes in̄ protectionem Suam Suscipiunt; exindeq, Executionem Rerum Iudicatarium Vel Laudorum Publicorum super ipsis faciendam impediunt; Inuectionem Exoticæ Cereuisiæ, pro Vsu domestico, Ciuibus priuatis, iuxta obloquentiam Decretorum inhibent; Dolia externa Cereuisia, in portis Ciuilibus, è diuersis Oppidis, Pagis aduecta, adscitis sibi Contubernalibus Varijs, dissecarunt, in̄ Domos Ciuium nonnullorum, et Artificum Violento modo fractis repagulis, inuaserunt; ibidemq, res diuersas, operas et Instrumenta artificialia receperunt; Petijt igitur Magistratus, ante omnia, nexum cum Colligatis Contubernijs conscriptum reuocari, illumq cassari, obedientiam Contubernijs iniungi; et ipsa pro qualitate delicti puniri. Et Vt Quitas circa antiquum Statum conseruetur; Decreta Regia ad debitam Executionem Leducantur; nimirum Seriores per Braxatores à Magistratu petantur; et moderni Vti illegitimè ordinati tollantur, Taxationem Cereuisiæ à Braxatores bis in anno flagitent, et Contributiones soluant; Vtq res in integrum restituantur, conspiratoris Scriptum producatur, Nexus Soluatur; Contributiones in priuato Laudato Publico refundantur; Vt Braxatores Laudis Ordinum pareant, ad consilia Vocati comparent; Magistratui debitam obedientiam et honorem præstent; Opifices Vagos alias Partacze dictos priuatim sine ad minimum Officij seu Sine Scitu et Consensu Magistratus non arceant Neq, exoticam seu Aduectitiam Cereuisiam motu priuato confiscari faciant. Insuper damna causata et Litis Expensas refundant, pro Violentijs Pœnas Subeant. Alias prout Superius, decerni flagitauit. Ex aduerso Braxatores Replicando, negarunt præmissa à se commissa, et eo nomine ad Inquisitionem prouocarunt; Ratione verò Inductionis Cereuisiæ exoticæ, Similiter prout in alijs punctis ad Actoratum Suum Suspendi Punctū hoc flagitarunt. Iudicium prædecensitum Commiss Sac: Reg: Mtis. Exactis Partium Controuersijs et Allegationibus Super prædicta Puncta inductis. Quoniam Actoratus Braxatorū habet connexionem cū Actoratu Magistratus: Ideò Suspensâ in omnibus prætactis Punctis Cognitione Actoratus introducti. Quatenus Braxatores Causam Suam ex Citatione Originali iuxta obloquentiam Decreti Sac: Reg: Mtis proponant, inuenit. Cui Decreto Satisfaciendo Braxatores, proposuerunt contra Magistratum: Quod Inuectionem exoticæ Cereuisiæ, tam ex Oppidis et Villis Ciuilibus, Regalibus, quam et Nobilium aliarumq Personarum Bonis, et Braxatorijs, in Ciuitatem et illius Suburbia Decreti Sac: Reg: Mtis Vetitam, non impediuit. Cereuisiæ Contubernalis Propinationem per Familiam Ciuilem prohibuit; eandemq dum intra Ciuitatem Propinatricibus distribuenda ducebatur, Vel per Portas Ciuiles in Suburbia et Villas Ciuitatem coniuncta euehi curabatur,

batur, per Pedituum Militarem in Portis Ciuilibus, vbi Lenter cum Curribus et equis intercipi procurauit. Quod deducere nitentes produxerunt Imprimis Articulum Reformationis Diui Sigismundi Primi. Quo interdicitur, ne Cerevisia extranea per municipes intra et extra Ciuitatem Vendatur, seu propinetur; Sed Vnusquisq; contentus sit Cerevisiâ, quâ in Celario Ciuili habetur. Item Constitutionem Regni de Anno 1613 allegârunt. Item Transactiones binas, Vnam quidem inter Nobilitatem Prussiæ et Ciuitates Maiores et Minores, Anno 1526. Alteram verò inter eosdem Nobiles Prussiæ et Ciuitatem Elbingen Anno 1542 initas. Item Transactiones inter Braxatores et Magistratum Annorum 1605, 1626: 1627: 1628: 1630. Item Transactionem Anni 1635 die 27 Julij, quâ fatetur Magistratus quòd per abusum Inuectionis exoticæ Cerevisiæ damnum Contuberniũm Braxatorum patiatur. Proindè exoticam Cerevisiam iuxta Ordinationem et Plebiscitum cum consensu Proconsul. importari in Celaria Vult, Reczkouiensis, Richnouiensis Cerevisiæ importationem in Celarium Ciuitatense inhiberi se Submisit. Item Transactionem 1636. Quâ Statuitur, quòd nulla extranea Cerevisia sine Scitu et permissu Officij Proconsularis et ibidem obtentâ Schedulâ, in Ciuitatem adduci, et in Celarijs recondi possit. Item Transactiones Annorum 1637: 1640: 1641: et 1647. Quibus Magistratus copiosæ et promiscuæ Cerevisiæ exoticæ Inuectioni obuiare et remediari se declarauit. Item Decretum Serenissimi Vladislai Quarti Anno 1648. Quo Propinatio Cerevisiæ exoticæ cuicunq; personæ cuiuscunq; conditionis, sub quouis prætextu et tempore etiam Nundinarum Specialiter et expressè in eadem Ciuitate Torunensi inhibetur. Incolis quoq; Villarum et Pagorum Districtus Torunensis, ne extraneam Cerevisiam ab Hollandis aut alijs quibuscunq; parata et aduectitiam Vllo modo biberent et propinarent, sed contenti sint et Vtantur duntaxat Cerevisiâ quam Braxatores locum se parare Submiserunt, iniungitur. Item Decretum Sac: Reg: Mtis Anno 1650. Quò decernitur, Vt ex Braxatorio Villæ Vrzÿsc: censis, Cerevisia nonnisi iuxta Decretum et Rem Iudicatam Serenissimi Diuæ memoriæ Vladislai IV braxata, in solo Celario Publico Torunensi sub Prætorio existenti Vulgò Sedarensi dicto propinetur, et distrahatur. Item aliud Decretum Sacræ Regiæ Mtis Anno 1650. Quò, Causa inter Magistratum et Braxatores mortificaretur et extinguitur et Mandatum in Nieprovet obtentum cassatur. Item Rescripta binæ Sac: Reg: Mtis. Primum Anno 1655 Quo Magistratui iniungitur, quatenus Braxatores circa Decreta et Ordinationes conseruentur promiscuè autem et copiosa exotica Cerevisia in diminutionem Accizarum Reg: Braxatorumq; interitum vergens in Ciuitatem inuectio interdicitur. Item Secundum de Anno 1660, die 16 Maÿ, quo mandatur, Vt Braxatores iuxta Decreta Consuetudines et Ordinationes

se se

se se gerant, Cereuisiam exoticam inuehi et diuendi non permittant. Item Lras Salui Conductus Sac: Reg: Mtis à Vi et Potentia. Item Protestationes binas ratione Annulsionis Rescriptorum et inuitamum sibi illatarum in Anno 1663 factas. Item Protestationes itidem binas in Anno eodem, intuitu Inductionis Cereuisiæ extraneæ, et in Villis ad Ciuitatem pertinentibus denegatæ Propinationis. Insuper Præiudicata diuersarum Ciuitatum Vt potè Posnanten, Kouensis, Radzijnen et Regiomontanæ allegarunt et produxerunt. Quibus Inuectio Cereuisiæ Exoticæ in Ciuitates penitus prohibetur. Ex his itaq; rationibus, documentis, petierunt se circa Jura, Ordinationes Decreta, ac Rescripta Sac: Reg: Mtis conseruari, Inuectionem exoticæ Cereuisiæ prohibeui, Magistratum acsi ob Violata Jura Decreta, Priuilegia, Ordinationes, Rescripta, Saluos Conductus Sac: Reg: Mtis ac attentatam Executionem Militarem, punivi: Damna ex impedita Inuectione et propinatione Contubernalis, ac permissâ Inuectione exoticæ Cereuisiæ, ad Summam Viginti Milium Florenor causata adiudicari;. In Causis Verò Facti, intuitu aggressionis priuatorum Contubernalium Suorum, Domuumq; illorum, Inquisitionem decerni, et pro qualitate Causæ Statui affectârunt. In Oppositum. Magistratus respondit se non posse pro Usu Domestico Cereuisiam exoticam negare. Quod probando, opposuit Articulum Reformationis Decreti sæpè allegati Sigismundi Primi Anni 1577. Quo decernitur Vt Siquispiam pro Usu Domestico extraneam Cereuisiam habere Velit, id Proconsul pro tempore existens, admittat. Item Supra fatum Decretum Diui Vladislai IV Anno 1648 exhibuit, atq; Verba hæc Vbi conceditur facultas inducendi exoticam Cereuisiam allegauit. Item Decretum Declaratorium memorati Decreti, quo permittitur Licentia propinandi Cereuisiam Prijsiecensem in Cellario Publico Torunensi. Insuper Magistratus non per se Stetisse, quod Cereuisia Braxatorij Torunen in Villis Ciuitatis non propinetur, Sed per Bráxatores, quia in illas Vigore Decretorum Regiorum inuehi non curant, nec equos aut boues cum curribus Suis Suppeditant, Sed Volunt, quatenus Subditi Suo Sumptu et Suis equis Vel bobus sriuè potiùs Suorum Dominorum Qui non ad alienum commodum præcipuè Braxatorum, Sed ad Vtilitatem Villæ, ad arandum, et alia necessaria, inter Subditos post bellum distribuerint pro Cereuisia ipsis, Torunium Veniant, quod tamen contra Decretum Regium Anni 1650 id faciant. Vigore cuius propriis impensis Vecturâ et curâ Cereuisiam ad Tabernas Villarum Submistrare tenentur. Aliàs in defectu Cereuisiæ Torunen Subditis per Braxatores Suppeditatæ Licere ipsis aliundè sumere et propinare, replicauit. Ad extremum intulit Licitam esse Ciuibus Inuectionem exoticæ Cereuisiæ

non autem

non autem Propinationem. Quod probando, Decretum Sac: Reg: Mtis 1652 reprodu-
xit. Quo facultas conceditur, cuilibet Ciui Torunensi sine vlla distinctione, et qua-
uis denunciatione pro Usu Suo priuato et Domesticorum: Nec non Conuiuarum et Com-
mensalium, qui Mensam Suam apud Ciues Torunen ad breue Vel longum tempus intra
Vel extra Nundinas conducunt, Cereuisiam quamcunq, exoticam in Cellarium Suum
importare, ab iisdem bibere Licere, cum ea tamen restrictione, ne apud Tabernatores
Cauponesq et alios quosuis etiam Ciues Torunenses, Mensa, ad propinandam exoticam
Cereuisiam, vt Vulgo do Szynkowania ponantur, neue gelibus suis plebeia conditio:
nis Aduenis, hospitibus et Judais Caneuas seu hypocausta apud Ciues Torunenses sub
quouis tempus etiam Nundinarum conducentibus, et sumptu Suo Victum parantibus, eam-
dem Cereuisiam, quamuis exoticam ibi seruare et bibere Licere, neq ipsi a quouis Ciue
Torunensi eadem Cereuisia exotica Mensuris seu Turnis Submnistretur, interdici-
tur. Tum Rescripta Regia Superius per Actores reproducta ad nalam, imo Siniscram
Cancellariæ informationem obtenta esse, et ideo ipsofacto inualida, et nullam vim habe-
re posse: Siquidem contra Jura publica et contra expressam resonantiam Decretorum
Regiorum, præcipue vero contra Literam Decreti Ann 1652. Feria Quartâ post Do-
minicam Reminiscere Quadragesimalem ex Controuersiis Partium Latî, eadem Re-
scripta, tenere in elusionem Executionis Rerum Judicatarum, per Braxatores impetra-
ta sunt, atq eis Braxatores tutari non posse nec de Jure debere deduxit. prout et Li-
tera priuata ab eadem Sac: Reg: Mte ad Magistratum Anno 1652 Vidzdouiæ data
expresse declarant, quod eadem Mandata aut alia Rescripta emanata Vel emananda
præinserto Decreto nullatenus obesse, nec possint, nec Executionem Rerum Judicatarû
vetare debeant: quin imo hoc idem Decretum Anni 1652 debitæ Executioni de-
mandandum suadent. Porro per Inuectionem exoticæ Cereuisiæ, diminutionem Accisæ
non fieri cum in illis Oppidis Pagis, vbi cogitur, Contributiones Ducillares soluantur.
Ad extremum Magistratus se Brasea in Molendinis. Braxatoribus vetitum esse, sed id
debite et Jure mediante fecisse fassus est, ex quo Contributiones publicas, ab Vrbi-
nibus Ciuitatis Laudatas, Braxatores persoluere noluerunt, violentiasq nullas com-
misisse exinde quod in Locis prohibitis Propinatricibus Cereuisiam propinare, extra
Jura atq Laudo Ciuitatis non permiserint, atq post Decreta Judicij sui ad Solutio-
nem Contributionum per Executionem forsan Legitime et ex debito Officij sui Bra-
xatores adegit. Denicq Præiudicata allegata ad Causam non quadrare et quod inter
duos res acta, tertio præiudicare non possit. Tum quod alijs Juribus Ciuitas Toru-
nensis, diuersis vero cæteræ Ciuitates regantur, regessit: et alias complures rationes
probationes, ac deductiones probando Intentionem Suam, præsertim Stabiliendo

Decla-

Decreta Regia, infringendo Verò Rescripta, per Braxatores obtenta, in medium Iudicij protulit. Proposuerunt Secundo Braxatores: Quia Magistratus prætextu denegata per se Solutionis Contributionum, brasea illorum, in Molendinum Troyes dictum inducta, et iam molita, armatâ manu per Seditatum Militem Ciuilem, satis multo tempore retinuerunt, atq; Vt Personæ eadem, Brasea recuperare volentes ex Scloperis etiam ad movem iaculaverint, demandauit. Cùm tamen Braxatores Literis Salui Conductûs et Rescriptis Regijs à Vi et potentiâ muniti fuerint. Quæ Obiecta probare adnitentes, reproduxerunt easdem Lras Salui Conductûs Sac: Reg: Mtis tum et Rescripta Annorum 1661, 1663, 1664, 1666 Petierunt itaq; Pœnæ vltione Violatorum Salvorum Conductuum, iuxta Prascriptum Legum decerni, damna adiudicari. In contrarium Magistratus negauit a Legnam Violentiam se commisisse negè Salvos Conductus Regios à Vi non autem à Iure concessos Quos Braxatores anticipatiuè, ante factum aliquod impetrauerunt Violâsse, ex quo Iudicialiter ante Publicationem Lrarum Salui Conductûs, Processûs super ipsis in Contumaciam reductus sit; post publicatas Verò Lras Salui Conductûs, se ab Executione Supersedisse ac nihil attentâsse, et si aliquandò contigerat Contributiones ab ipsis exigi, id factum esse Vigore Decreti Sacræ Regiæ Mtis Anno 1666 inter Kisling Latì asseruit. Prætereà quòd Braxatores prætextu sapiùs obtentarum et ad Sinistram Cancellariâ informationem expetitarum Lrarum Salui Conductûs actiorum contra Iura Rescriptorum, multâ audent, nullam obedientiam præstant, Iuri parere recusant, Prdictam Ciuitatis turbant, et licet nulla ipsis Violentia inferatur, illi nihilominùs motu Suo ad Curiam Regiam recurrunt, sinistrè informant, Rescripta obtinent; cum tamen Salui Conductûs Lrâs duntaxat a Vi et Potentia non autem à Iure seu Ordinario Iuris Processu aut verum iudicatarum sive Contumacialium, sive Controversalium Executione concedi soleant Prout etiam Magistratus nihil temerè fecit, neq; Illas Violentias intulit, sed Executionem Laudorum aut Processuum contra ipsos, tanquam refractarios et inobedientes Ciues Vrsit; exindeq; se ab incompetenti Actione eLiberari, et Vt in posterum Braxatores, à similibus abstineant, Decretis et Laudis Vnanimi Consensu Trium Ordinum sanctis pareant, nec amplius Ciuitatem turbent, inhiberi petit. Proposuerunt Tertiò Braxatores Quia Magistratus ipsos ad publica Ciuitatis Consilia de necessitatibus Publicis Ciuitatis, Vrà cum alijs Officialibus tractanda admittere noluit; quin imò ex Officijs existentes, à publicis Consilijs et Scabinatu amouit.

Magistrat,

Magistratus Verò replicauit, à se inscià Communitate, in grauioribus Causis nihil constituì, sed in pragnanti aliquo negotio minutiori aliquando id contigisse, Vt in paruo numero Diuorum ex Ordinibus in absentia cæterorum Venire nolentium, consulere, necesse fuit, nec Illum ab Officio amotum esse allegauit; atq; similiter ab incompetenti Actione exonerari flagitauit. Finità itaq; ex Actorale Bvaxatorum Propositione, interuenerunt Supra de nominibus et cognominibus Specificati Seniores Contubernium, Vnà cum Nobili Sebastiano Czarnolski petierunt, Vt Vigore Decreti Sac: Reg: Mtis inter se et Magistratum Lati, grauamina obiecta, et prætensiones omnes, adutriq; intercedentes proponantur et decidantur. Iudicium sæpenominatum Commissoriale Sac: Reg: Mtis. Suspensâ Cognitione Ulteriorâ Actoratûs Bvaxatorum. Quatenus Contubernia Decreto Sac: Reg: Mtis adhærendo, grauamina Sua et prætensiones omnes, contra Magistratum habitas proponant, intimauit. Proposuerunt itaq; primò Contubernia in Vniuersum omnia: Ratione multiplicationis Instantiarum Iudicialium minimi Officiorum Censorij et Pupillaris cum tantum ex Præscripto Ordinationum Instantia Scabinalis et Consularis constituta sint. Magistratus respondit Officium Pupillare ex Plebiscito constitutum: Officium Verò Censorium per Reformationem toties repetitam Diui Sigismundi Primi vatione attendentia boni-regiminis et Ordinis, in Ciuitate seruanda, ordinatum esse. Proposuerunt Secundò. Quia Nobilis Burgrabius Causas maioris importantiæ, contra Priuilegium Instantiarum, non admissâ Appellatione iudicat. Tum quod Iudex non habito Iure et facultate Causas ad se non pertinentes, cum damno Litigantium non mediocri priuatim, per Longum temporis Spatium iudicat, Vel potius venovatur. Magistratus replicauit. Ipsos habere Iura et Priuilegia Institutionis Sua Vigore quorum, Causas inspiciunt et determinant. Quod probando allegauit Processum Statutarium Ciuitatis Torunensis Cap: 1. Paragrapho 1 et 2 de Iudicibus Item de Burgrabijs Plebiscitum Ciuitatis Torunensis Cap: 17 Articulo 1. ac insimul Vsum antiquissimum, non tantum in Ciuitate Torunensi; sed et in aliis omnibus Terrarii Prussia, præcipuè Maioribus, Burgrabios Locum Sac: Reg: Mtis tenentes. Tum et Iudices, in Causis minutioribus Iurisdictionem sibi concessam habere et exercere, multis rationibus deduxit. Proposuerunt Tertiò Iniuriæ ademptionis Victus Contubernalibus Videlicet Lanionibus per Concessionem Wolnica quasi contra dispositionem Iuris Culmensis Lib: 1: Cap: 5 datam. Magistratus non negauit, se id

ad petitionem.

ad petitionem et querelam Ordinum, ex quo Laniones Carnes pretio extenso Verum
solent exponere, fecisse; Verum si in posterum Laniones, iusto pretio Concivibus
et alijs ementibus, carnes Vendere Voluerint, et in copia Sufficienti carnes diversi
generis, ad Forum seu ad Loca Solita Suppeditauerint, ac exposuerint, tunc Se
Velle promiscuam Carnium distractionem non permittere: Alias ex debito Officij
Sui Bonum Ordinem et Regimen Civitatis servare teneri, ne Civitas hac, satis po-
pulosa, egestate propter tementatem Laniorum prematur, et à personis adveris ve-
prehendatur: prædictum cum in tali passu Visus in Anno 1622 die Trigesima Maij
inoleuit. Proposuerunt Quarto. Respectu Protectionis Judæis post Nun-
dinas, contra Jus Statutarium et Terrarum Prussiæ quasi per Burgrabium præsti-
ta. Quo Audito, Nullis Georgius Cymerman Simpliciter negauit hanc
querelam, et quidam Contubernales probare non possint intulit: quinimo Se et
Suos antecessores iuxta antiquam consuetudinem et iuxta Plebiscitum Civitatis Cap.
8 Articulo 2 Paragrapho Ultimo, ex officio semper gerere affirmauit. Proposuerunt
Quinto: Occasione Libera adustionis Cremati cuilibet Civi, Vigore facultatis per Actum
Commissorialem Anno 1553 concessæ, eiusdemq; ad multas, per Ministerialem requi-
sitiones denegata. In Oppositum Magistratus intulit Se non habere Terminum eo
in puncto ex quo priuati Cives Ut potè Famati Daniel Szulc, Simon Eskie Richsteig
et alij, intuitu præfati Cremati Citationem post Curiam Sac: Reg: Mtis Anno 1667
opposuerunt: exindeq; Causam hanc ad Incidentiam, ex Actorata ips suspendi postula-
uit. Quod cum per Contubernales refutatum esset. Judicium Commissoriale
Quoniam post Citationem oppositam, Decretum Sac: Reg: Mtis postenius intervenisset, quo
inuinctum est DD. Commissarijs Ut grauamina obiecta et prætensiones omnes abutrinq;
intercedentes, tam publicum Statum Civitatis et Magistratus Torunensis afficientes,
quam Contubernij cuiusuis audirent. Ideo Termino adinuento, Partibus Causam
prosequi mandauit. A qua Sententia. Magistratus post Curiam Sac: Reg: Mtis
appellauit. Judicium super admittendâ Appellatione sec ne! deliberauit, et Termi-
pro futura Sessione expediendâ eiusdem Deliberationis, præfixit. Proposuerunt
Sexto. Respectu commorationis, Variis Vagabundis Artificibus Vulgo Partaczom dict
in Civitate contra Jura et Privilegia permissa. Magistratus respondit; Nul-
lum se patrocinium ips præstare imò adminiculum Officij Sui ad requisitionem Con-
tubernionum pro coercendis Extracontubernalibus semper paratum se fuisse et esse de-
clarauit. Cum autem Partes inter se ratione eorumdem Vagabundorum multifariè
controverterent: Extunc Honesti Balthazar Pachurka et Valentinus Pomerius Sutores
intervenerunt et Contubernium in eo accusârunt: quòd Se Se ad Contubernium, ex

odio

odiò fidei Romano Catholicæ vecipere nollent. Contubernium vero replicauit: se velle ipsos Suscipere, modò debito et Legitimo ordine solitaq; praxi adeant. Proposuerunt Septimo. Quòd Magistratus officiò censorio Foralia à Victualibus iniustè exigere permittit. Magistratus negauit et si quid factum sit, iustitiam cuilibet ministrare se velle promisit. Postmodum die sequenti nempe Feriâ Secunda intra Octauas Assumptionis Gloriosissimæ, Beatissimæ MARIÆ Virginis in calum, Partibus omnibus comparentibus Ut supra. Iudicium Commissoriale. Expediendo Deliberationem Suam, Appellationi per Magistratum interpositæ non detulit; sed quatenus in Causa procedat, Sententiauit. Protestante Magistratu de grauaminæ et prosequenda. Iudicium reprotestatum est; imò affectante et instante Magistratu primò super colloquendum cum cæteris Consulibus et Ordinibus: Postmodum ob infirmitatem Nobilis Georgij Cymerman; Punctum hoc vationæ cremati, ad diem crastinum venecit. Tandem in Terminо ex Relatione cadesti, Magistratus ad propositionem Actoreæ Partis intulit, non posse priuatos Cives, sine Consensu Magistratûs crematum aduerse et propinare quod probando allegauit Laudum Ciuitatis Anni 1655 quo permissa facultas Libera Crematum nonnisi ex Villis Dziwak et Przijsiek cum Scitu et permissu Præsidentis, in Ciuitatem inuehendi: tum et Usum antiquissimum, ab immemorabili tempore, et alias vationes oneruis in medium Judicij protulit. Ex aduerso Contubernales in Vim Refutationis, intulerunt: Quòd per istam Prohibitionem promiscua adustio, nis, inuectionis, et Propinationis Cremati, Monopolium in Ciuitatem hanc per inuectum contra Jus Statutarium Cap: 12 Paragrapho Ubi Monopolia, introductum esset. Item exhibuerunt Commissionem de Anno 1563 Vigore cuius, Oricuiq; Crematum Licita est Crema adustio et Propinatio. Iudicium Super leuenda hoc in puncto Sententiâ deliberat. A Lextremum Idem Superius denominati Contubernales, se nonnulla compluvima contra Magistratum proponenda habere. Qui postequam à Judicio admoniti essent, Ut tandem aliquando finem Litigij huius imponant, ac omnes quascunq; prætendunt inuvias Specificent; eadem omnia Sua grauamina in Scriptum vedacta, Judicio præsenti produxerunt. Quorum Tenor Sequitur talis.

Grauamina Specialia Contubernиorum.

Contubernij Pistorum: Anno 1631. 6a Augusti Spectis Magistratus promisit Inspectoren Suo ppio sumptu chować, aby dat baczność zeby chleb obuego, tu do Miasta, nie wozono: # Czego ze nie czyni, prosi Contubernium aby in posterum abhinc ter Inspector był chowany. Secundo. Chleb zewsząd ze tu do

Miasta

Miasta contra Jura ich wozą ij rzecz: prosi Contubernium abij to nie bijło, ij Piece ktore Są na to, na Przednieściu postawione abij bijłij zniesione. Tertio Altijr Piekarzki abij bijł restaurowanij Ktovij lubo Piekarze chcieli restaurować, Spectis Magistratus im nie dopuscił. Quarto. Kupcij ze contra Ordinationem Regiam prawicjunt Frumenta Pistoribus, Braxatoribus & et alijs Ciuibus, Prosi abij to bijło zakazano. Quinto Abij iuxta Reformationem Regiam Braxatores et Pistores bijli restituti ad inspectionem Mtij now. Gravamina Laniorum. Contubernium Laniorum Vskarza się ze Ota od bijdła, ktore tu do Miasta prowadzą od nich contra Jura wyciągaią Celnicij: W czim Spectis Magistratus, iako Custos Iurium Ciuitatis huius ich non eruirit. Prosi Vt iniungatur Spectabili Magistratui zeby o to Serio czijnił. Secundo Woźnicaze iest per Spectem Magistratum pozwolona: prosi Contubernium abij bijła zniesiona, bo contra Jura ich iest wprowadzona, ij cudze Mieia, abij bijłij całe zakazane. Tertio. Jatki od ktorych Rzeznicij Magistratui płacą, abij bijłij naprawione. Quarto Piwacze abij bijli zniesieni, takze Zydzi abij nie ważili się pod czas Jarmarku bijdła bić ij onego przedawać. Gravamina Sutorum. Piwaczow abij całe wijpędzono ij Vt eos Spectis Magistratus non foueat in suis domibus; ktorych Piwaczow abij wolno bijło Bractwu wszędzie brać Kwon opowiedzi Magistratui ij zeby Kupcij nie ważili się nigdzie botow przedawać. Gravamina Sartorum. Primo Piwacze Vt expellanturet ui domibus DD. Consulum non foueantur. Secundo. Venditio paratarum Vestium tempore Nundinarum Vt prohibeatur; gdijsz to iest contra Jura illorum et Priuilegia. Tertio. Bedelli et Famuli Ciuiles ij Żołnierze Mieijscij, sint Suo Salario contenti, et se ui Opificium Sartorum non intrudant. Quarto Prosi hocce Contubernium, abij Spectis Magistratus quendam Andream Baderkott ad Contubernium, inuitis Contubernalibus non promoueat, quem ex grauissimis rationibus Suscipere non possunt. Contubernium Szijmachow. Contubernium hoc Vprasza, abij Spectis Magistratus onijm Ordinationem Originalem Supervecto Contubernio, iuxta Copias Sibi oblatas, authentice exrabat, ij abij im wolno bijło Merces suas Verum exponere, ij one na Tokcie tak iako Sukiennikom concessum, przedawać. Secundo. Prosi to Contubernium abij mieli wolność, wetne przed Kupcami kupować, w czijm abij od nich nie mieli prapeditionem, Vprasząc. Contubernium Pierzniarzowum To Contubernium ponieważ takze Gdanska Statkami iako ij ze Wsi ij Miasteczek Wozami, robotę, ktorą oni tu wobią, wozni Ludzie przywożą: prosza abij to zakazano bijło, co przeciwko Prawu ich się dzieie takze, abij Piwacze bijli odkazani do Miasta. Contubernium Smegmata parantium. Vprasza to Contubernium, abij bijło przy Swym Prawie zachowane, zeby

Ci

Ci Ktorzÿm Spòlis Magistratus pozwolit, nie przeszkadzali im w zÿwnosci ich,: gdÿsz to przeciwko Prawu ich per Spòlem Magistratum concessum. Contuber. nium Restlarzum. I to Uprasza abÿ bÿło zachowane circa Iura, ÿ zebÿ im nikt w ich Rzemiesle nie przeszkadzał. Contubernium Figulorum. I to Uprasza abÿ bÿło circa Iura Sua zachowane ÿ abÿ gawe, ktore woda przychodza nie stratÿ dtuzeÿ nad dwa dni, iako maią Prawo ÿ Przÿwileÿ. Takze abÿ Apteka. rze ÿ insi wobec tej Ktorą oni tu robią zkąd ingd nie woziłi. Contubernium Cerdonum. Ci takze proszą abÿ bÿli circa Iura conseruati, abÿ Zydzi ÿ insi postronni Skor nie przedawali, takze ÿ Kupcÿ tuteczni, takze ÿ botow; gdÿsz to contra Iura ich co teraz Spòlis Magistratus pozwala. Fabri Lignarij. Proszą abÿ bÿli circa Iura Sua zachowani abÿ im Partacze nie przeszkadzali. Grauamina Serarionum, Calcaria pauantium, Sclopetarioni, Automatariorú, Altrariorum Aciculariorú, Aerariorum, Clauariorum, Gladiatorum ÿ. Fabrorum. Te wszÿtkie proszą abÿ bÿli circa Iura Sua zachowane, ÿ zebÿ PP. Kupcÿ tej robotÿ Ktorą oni robią nie przedawali ÿ od Partaczow nie kupowali: takze abÿ tÿlko pod czas Iarmarku obcÿ przedawali, a po wÿiezdzeniu Iarmarku, abÿ z Miasta wÿiechali. A ponieważ Spòlis Magistratus Mistrzow, ktorzÿ tu do Bractw sie pewnych nie wkupili, pod Swoią Protectią przÿiął, ÿ onÿm Rzemiesło robić do Roku pozwolił, cum ea conditione ze w Roku nieli się starać o Bractwo, a dotąd się nie wkupią; a przecie Rzemiesło robią: proszą Contubernia wszÿtkie abÿ tÿmze Freÿ Mistrzom zakazano bÿło Rzemiesło ro. bić, asz wprzod ordinaviâ Viâ, do Bractwa przÿidą. Gdÿsz to Spòlis Magistratus contra Iura ich czÿni. Petunt omnia Contubernia, Vt iuxta Ordinationes, Rescripta, Priuilegia, Iuraq; sub Patris per Spòlem Magistratum conseruentur. Ad quæ Grauamina in Scripto prouecta, et postmodum Magistratui communicata, Magistratus idem in pauata copia Scripto tenus respondit: Cuius Responsionis Series est ÿtiusmodi. Ad Contubernÿorum Tornen Specialia Grauamina, Nobilis et Spòlis Magistratûs Declaratio. Contubernij Pistorum. Primò de Inspectoribus po. stulatum, secundum allegatam de Anno 1631. 6ta Augusti Declarationem. non tantùm in hoc, sed alÿs ibidem expressis Punctis Nobilis et Spòlis Magistratus, se adimpleturum offert. Secundò. de Panis exotici Inuectione Secundum anteriorum annorum Declara. tiones, Pistoribus Satisfiet, de Furnis in Suburbio Renisio instituetur, et pro rei exi. gentia ipis subueniendo. Tertio Molendini destructi extra Ciuitatem defectum supplet Molendinum intra Vrbem; Sed tamen et id ipsum, in Successu temporis rectificari poterit, eiusdem

eiusdem verò restauvationem Sumptu Pistorum Nobilem et Spoltem Magistratum Vnguam non admisisse, ipsi non probabunt. Quarto pro necessitatibus Ciuitatis exemptio Frumenti Pistoribus et Braxatoribus ante Mercatores secundum anteriorum annorum declarationes non denegata fuit Vnquam nec denegabitur. Quinto ad Reuisionem Molendinorum Secundum Decretum Diui Sigismundi Primi de Anno 1523 et Plebiscitum Ciuitatis Vnus ex Pistoribus alter ex Braxatoribus admittetur. Contubernij Lanionum. Primo quod Telonea a pecoribus et pecudibus Laniones pendere cogantur. Id fit sine Vlla Nobilis et Spoltis Magistratus culpa; quin imo ipse iam antea et Varsauiae, et hic Torunij, pro Isthoc obtine abolendo cum Illmo Dno Thesaurario Regni egit, acturumq, se esse porro promittit. Quodsi verò, ad Viam Iuris descendendum sit, Laniones pro commodis Suis sumptus in Litem Suppeditabunt. Secundo Proclama de Libertate Carnium inuehendarum, non est contra Iura, eodem tamen Nobilis et Spoltis Magistratus, nonnisi ad molestas aliorum Ciuium et Incolarum super carnistria Carnium, quevulationes, Vtitur et nuperrimè proclama Sinicle, sub tempus Praesidij Sac: Reg: Mtis ad requisitionem DD. Officiorum factam, iam pridem expirauit. Ne tamen sub tuitione Ecclesiasticorum habitantes Laniones, Ciuibus victum praripiant, constitui, ipse Nobilis et Spoltis Magistratus rogat. Tertiò. Fovum Carnarium Scilicet Jatki reparabitur, quamprimum fieri id poterit. Quartò. extra Contubernium existentes, quantum fieri poterit à Ciuitate arcebuntur. Quintò quoad Judaos in Nundinis; anteriorum temporum Declarationes et Ordinationes Seruabuntur. Contubernij Sutorum. Primò Vagos extra Contubernium existentes, pro posse Suo Nobilis et Spoltis Magistratus à Ciuitate arcebit, eorumdem tamen prehendendorum facultas, Soli Magistratui competit, quod Officium Suum, petentibus, non denegabit. Secundò ne Mercatores Calceamenta Vendant, iustum est, et curabitur. Contubernij Sartorum. Primò Vagi extra Contubernium existentes, quantum fieri poterit, à Ciuitate arcebuntur. Secundò. Venditio pannorum Certum tempore Nundinarum, nonnisi iuxta Praescriptum Ordinationum admittetur. Tertio Vigilibus et Famulis publicis Ciuitatis, Sartoriam Artem Scientibus Victus quaerendi ratio, prohibendis Protectionis negari non potest, nec olim negata fuit. Quarto Causa Andreae Badenkott est sub disquisitione, in ea Nobilis et Spoltis Magistratus, non praecipitanter, sed deliberate quod Iuris est, decernet. Pannificum Raszeu Saijnacher dictorum. Primò Ordinationem expetitam centorum Mercatorum intervenientes, controversam reddiderunt, cuius ergo extraditionem Nobilem et Spoltem Magistratum differre oportuit. Secundò. Lana coemenda praerogatiuam quoq, Mercatores, more aliarum Ciuitatum Vt potè Gedanen, Elbingen ipsis competere non posse allegant, quod suo tempore Nobilis et Spoltis Magistratus decidet. Contuberniii Scriniariorum. Primò olim huius artis operâ ex hac Ciuitate longe lateq, peti solita sunt; nunc aliunde eximia in hoc

opere

opere artificia sibi Ciues comparare, non indignabuntur Scriniarij, si modò copiosa Vulgarium operarum irruptio absit, quod cura sibi Nobis et Subtis Magistratus futurum esse offert, Secundo Vagi quoq; extra Contubernium existentes, arcebitur à Ciuitate. Saponarij alias Mydlarze. Nullum habent Contubernium, nulla Iura, non ergo grauari possunt iisdem aliquod praeiudicium fieri. Contubernij Restionum. Quantum Iuris habent, id Magistratus ipsis conseruare annitetur: Si qui verò Vicum ipsis praeripiunt contra eos: dem Iure agant. Contubernii Figulorum. Primò Figlina Vistulâ defluitata, non vltra tempus in Articulis huius Contubernij, determinatum, Venalia habere permittentur. Secundo Vasa Pharmacopolis et Aromatarijs seruientia extra tempus Nundinarum, non Venibunt. Contubernii Cerdonum. Quæ Iura habent, eadem Tecta tectaq; esse Nobis et Subtis Magistratus curabit. Irruptionem verò Cutium et Tergorum crudorum, per quoscunq; conditionis homines, prohibere non potest, esset enim hoc contra Iura Gentium. Contubernij Fabrorum Lignariorum. Conseruabitur hoc Contubernium circa Iura sua. Arcebuntur etiam à Ciuitate, in Contubernio non existentes, Salua tamen semper Magistratui fuit et esse debet facultas Vni, alteriue Fabrorum Pontium et Vallorum reficiendorum curam, etiamsi sint extra Contubernium committere. Contuberniorum Seruiorum Calcariarum, Sc Lopetariorum Automatariorum, Conseruabuntur et hæc Contubernia, circa Iura sua, Institorum, Vix forte aliquis ipsorum operas Venales habet: Remissionem tamen se propediem decretum esse, Nobis et Subtis Magistratus offert atq; ipsorum eorundem Artificum, alienas operas pro Suis exponentium, impunitas esse non sinet prætensiones. De Mansuetario et Automatario, Libertatem habentibus exercendi artem Suam; iustas quidem Nobis et Subtis Magistratus rationes habet, moderamen tamen in his adhibebit. Omnium Contubernionum Ordinationes et Iura Salua et illæsa conseruabuntur, nisi Monopolia exerceant. Quibus Gravaminibus Contubernionum et Responso Magistratûs reproductis Seniores Contubernij Chirurgorum Tonnensium, per Fabianum Antonium Stadtlander, ad Iudicia interuenerunt, Suasq; querelas permissu Iudicij exposuerunt. Primò contra Magistratum: Quia contra ipsorum primaeuum Ordinationis Contubernij sui Priuilegium Regium, Magistratus circa Susceptionem Contubernij iuniorum Confratum stringere soleat, ad præstandum quotannis, tam per nouiter admissos, quam et per omnes Confratres Iuramentum de manendo in Ciuitate tempore Pestis, et de curandis infirmis: quod tamen nimis præiudiciosum sit. Secundo. Quod idem Magistratus, circa Susceptionem ad Contubernium cuiuslibet Chirurgi pro examine faciendo Medicum vocare, et adhibere iubeat contra Priuilegium Contubernale, Vigore cuius examen idem solis Senioribus Chirurgis competit. Tertio Quod Balneatores in exercitium Suæ Artis Chirurgicæ sese ingerant, et per id præiudicium Contubernio Suo inferunt, Magistratus verò id permittere

Videtur.

Videtur. Cum tamen [illegible]
tum Regium inter Cæte[illegible]
mercium. Inuasarit Q[illegible]
Latum exhibuerunt. Re[illegible]
E contra. Magistratu[illegible]
possit ad Consules Sena[illegible]
in obiectis gravis tali[illegible]
uit: quam diu et qua[illegible]
Magistratus seu Offic[illegible]
decidere Iure nequiant
Balneatores comparent
eorum admissionem: Ta[illegible]
fiat, licet Ordinis ergo
Primus positis, sua est a[illegible]
et acquisitare in eo; Ne
optimè graues, deus au[illegible]
tempore nutis quam D[illegible]
fidelis obtegnis impuni[illegible]
inuentur, Languentium
Libet Peccatorum delig[illegible]
atq; ex sexu Professo[illegible]
Contubernales debeant et
stentes, à Ciuitate aran[illegible]
Deputati ex Scabinat[illegible]
ctorum et Expensarum
tes conuenientes, interue[illegible]
prudentia Perillustris [illegible]
manis inuocatum, et in [illegible]
adhuc vestare; nec pru[illegible]
prudentiæ cum ab Anno
gestorum inspectio pena[illegible]
ctasia esse Videtur.
anni Sachleben sine S[illegible]
Desig. respectu desolatio[illegible]
poterunt. Magistratu[illegible]

Videtur. Cùm tamen Iura et Priuilegia Sua Petent, quo nomine Prædictum seu Decretum Regium inter Chirurgos et Balneatores Posnanienses, Varsauiæ, Feriâ Sextâ post Dominicam Inuocauit Quadragesimalem Anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Latum exhibuerunt. Petierunt itaq; Sibi hoc in passu Iuribus Suis Contubernalibus mederi. E contra. Magistratus Licet Contubernium Chirurgorum non pertineat, nec intervenire possit ad Concessionem præsentem; attamen pro pacificanda tota Ciuitate Se se iustificauit in obiectis punctis taliter. Et primò quoad Balneatores, hanc querelam iustam esse existimauit: quamdiu et quandò coram Officio Suo, ad citatis Legitimè Balneatoribus exposuerint, Magistratus seu Officium iustitiam administrare, et controuersiam hanc examinatam decidere Iure mediante, seu ex iusto et æquo terminare Vult. Nunc autem, quoniam nec Balneatores compauent, neq; sunt adcitati, nihil posse Statui intulerunt. Quoad Medicorum admissionem: Tale examen Iurium, Vt præsente aliquo Dominorum Medicorum fiat, boni Ordinis ergò introductum est, Iuriumq; ipsorum, minimè id prohibentibus, quin Primus possitio, non est alterius exclusio. Quoad Tertium Punctum, Magistratum persistere et acquiescere in eo; Vt Contubernium certos è medio Sui Confratres, Artis Chirurgicæ optimè gnaros, duos aut plures pro qualitate et exigentia rei deputet ac assignet, qui tempore pestis Quam Deus Opt: Maximus Longissimè auertat Juramento, de fideli obsequio infirmis seu infectis præstando, in Ciuitate et extra maneant et commoueantur, Languentium, Debilium, et peste infectorum Concilium, ac aliarum quarumlibet Personarum diligentem et sedulam curam gerant: prout ex debito, et Iuramento, atq; ex sexu Professionis Sua tenentur. De cætero non indigebit Magistratus, Vt omnes Contubernales iuuare et residere teneantur. In veligno Vagi extra Contubernium existentes, à Ciuitate arcebuntur, dum eo nomine Magistratus requisitus fuerit. Demum Deputati ex Scabinatu et Sexaginta Viratu Decreto nuper Lato, ad Calculum Perceptorum et Expensarum ex Bonis Terrestribus Ciuitatis recipiendum assignati, personaliter comparentes, interrogati retulerunt: Calculum eundem annorum recentium perse in præsentia Perillustris et Admodum Reuerendi Domini Ludouici Sorzesz, Custodis Culmensis inchoatum, et in multis perfectum. Regestra nonnulla reuisa et discussa; sed multa adhuc restare; nec possibile est, Vt in tam breui temporis Spatio concludi et finiri possint; præsertim cum ab Anno Millesimo, Sexcentesimo Vigesimo Secundo ista Calculatio et Regestrorum inspectio peragi et expediri debeat. Tum et Bonorum Terrestrium Reuisio necessaria esse Videtur. Insuper cum Contubernia adhuc vaone Fundi certi publici Joannis Sachleben Sine Scitu et Consensu Communitatis Venditi et à Ciuitate Alienati. Denig respectu desolationis Syluarum ad Ciuitatem pertinentium contra Magistratum pro: ponerent. Magistratus respondit in Scripto parato taliter. Omnium Bonorum

Ciuitatis

Ciuitatis pro commodo et Utilitate eiusdem administratio Soli Magistratui competit. Is ergo Fundum desertum nulli Ciui publico Seruienten, Spectabili Joanni Sachleben Vendidit, Utilitatemq; publicis Prouentibus exinde intulit: Nec apparet Nobli et Spobli Magistratui quam ob rem, de hoc Solo Fundo controuersia moueatur; cum pluves alij alij Similiter Veriè: virt. Item de Silua ad Ciuitatem pertinente. Silua Vtenda fruendaq; modum prescripsit Decretum Diui Sigismundi Primi de Anno 1523 et Plebiscitum Ciuile, ne is excedatur, Nobilis et Spblis Magistratus curabit. Cæterum cum Partes omnes, rempè tam Magistratus et Vrbicos Ciuitatis, quam Contuberniales et Braxatores facta Declaratione sibi nihil restare ad proponendum, Causam in omnibus Tribus Actoratibus et Reatibus Sententiâ et decisioni Judicij Exercitus, Submiserunt et commendârunt; Petentes Vna quâq; Pars, iuxta Propositiones, Probationes et Conclusiones pro se deuenè. Judicium Commissoriale Sac: Reg: Mtis. Super peremptâ Sententiâ in omnibus ac Singulis Actoratuum et Reatuum Recíprocorum Punctis Superiùs in Actu Commissoriali præsenti contentis, deliberauit. Interim autem quemadmodum antea multoties easdem Partes monuerat: Ita et ad præsens in hac re Decreto Sacræ Regiæ Maiestatis (quo Complanatio inter Partes pernissa) cohortatur et Suadet. Quatenus ad iusta inter se media condescendant; Negotium hoc amicabili Viâ pro Bono Pacis, et pro Vtili Ciuitatis Sopiant, et in quantum fieri poterit, complanent. Ad quod Judicium Se paratum esse et velle concurrere, ac omnimodè et diligenti Studio cooperari Alias in casu neglecta, Vel ex quocunq; colore protracta Complanationis se quod Jus vit decretorum et finaliter determinatorum declarauit. Actum in Pra tovio Ciuitatis Tovunensis Feria Tertia ante Festum Sancti Bartholomæi Apostoli proximâ Die Scilicet Vigesima Prima Mensis Augusti Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Octauo. Coram Præsentibus Ut Supra. Judicium Commissariorum Sac: Reg: Mtis. Exauditis et maturè discussis Partium allegationibus Juribusq; Lectis. Expediendo Deliberationem Suam Super omnes Actoratus vecinvocos antea pro habitam. Quoniam Punctum Propositionis in Actoratu Magistratûs Tovunensis ratione Contributionum, ac exinde inobedientia Subsequentia plurima etiam Statum publicum Ciuitatis tangentia in se continet. Et in Actoratibus Braxatorum ac Contuberniorum inter grauamina publica corona Magistratum Specificatur,. Ita Vt Vnum sine altero nullatenus cognosci et decidi queat. Ideò post Combinationem omnium insimul Triam Actoratuum ac Reatuum Superius per Judicium præsens factam; atq; post Partium omnium Controuersias, Jurium reproductiones et deductiones, Resoluendo Suspensiones in nonnullis Punctis antea factas in omnibus tribus Actoratibus ac Reatibus mutuis Decisionem Sequentem finalem fecit. Et imprimis Licet Tertius Ordo

Ciuitatis

Ciuitatis semper Sexaginta Vivatus in Anno 1601 per Magistratum, Communitatis Consensu accedente constitutus à parte Braxatorum et Contubernionum ceò quod sine scitu et Consensu Principis atq; contra Ordinationem Divi Sigismundi Primi in Anno 1523 factam innalidus esse prætenditur. Attamen quoniam ipsi eidem Sexaginta Vivatus tanti temporis Spatio adinstar aliarum Ciuitatum Prussiæ, imò et totius Regni, Vigorem Suum obtinuit nec ab Antecessoribus Contubernionum aut Braxatorum in Dubium Vocatus, aut quouis modo Unquam reprobatus fuit: quin imò plurima per tantam Seriem annorum publica pro Bono Ciuitatis totius Consilia optimo cursu et Ordine conclusa, ac per Serenissimos Reges Poloniæ et modernum feliciter Regnantem diuersis Rescriptis præcipuè nouissimè per Diploma Varsauiæ die 20 Mensis Martij Anno Dñi 1650 Tum et per Decretum Varsauiæ Feriâ Sextâ post Dominicam Exaudi proximâ Anno 1666 in Judicijs Relationum propriarum Lato approbata, executioq; Laudorum, siue Sanctionum eorundem Trium Ordinum demandata: Accedit quod in Ciuitatibus bene ordinatis præcipuè in hacce primaria Terrarum Prussiæ nouitatem et Mutationem Statûs periculosam fuisse et esse Semperq; Sæcula iudicârunt. Idcirco eundem Sexaginta Vivatum Vel potius Tertium Ordinem Judicium præsens non immutandum imò approbandum esse censuit; quin imò eundem in Suo numero et tenore relinquit et conseruat cum ea Speciali Dilucidatione et Correctione, quod is idem Sexaginta Vivatus accedente ad id Vertusq; Partis assensu ex Viginti Septem Mercatoribus ac Nauicularijs et ex Triginta tribus Opificibus diuersorum Contubernionum constare debeat et iidem Sexaginta Viri non mutandi Quisi ad altiora Officia electi Sed adultales esse debent; Sicuidem prout in aliis Ordinibus binis Superioribus Persona existentes, Ita et in hoc Tertio Officiales nominari et fieri debent. Electio autem eorundem Seniorum Seu Sexaginta Virorum perpetuis temporibus ita peragatur, quatenus nouæ aliarum bene ordinatarum Ciuitatum Unumquodq; Contubernium in Suo Contubernio congregati quatuor seu duas personas, Cives discretos ad hoc Officium idoneos et in negotijs Ciuitatis Usum seu experientiam habentes, bene possessionatos inter se eligant: Electos in Scripto manu Seniorum Contubernii Subscripto Motli et Spotli Magistratui præsentent. Magistratus Verò ex iisdem quatuor Vel duobus electis et præsentatis duos Vel Unum iuxta qualitatem Contubernij assumat et confirmet ab iisdemq; in præsentia dictorum Seniorum Juramentum iuxta Rotham à Magistratu ex Consilio Ordinum conscribendam recipiat, et hunc totum Actum in Librum Electionum seu Acta inscribat. Quæ omnia fieri et peragi debent post decessum Vel Liberam Renuntiationem seu Resignationem nouorum Sexaginta Virorum quod ipsis ex iustis rationibus coram Magistratu exponendis in quantum Quisq; illorum Voluerit, Liberum esse et fore permittitur. Simili quoq; modo et Ordine Mercatores ac Nauicularii alternè procedere tenentur. Taliter igitur Electi,

præsentati, confirmati, Iurati, et in Acta inscripti Sexaginta Viri, Senioves Communitatis seu totam Communitatem repræsentantes appellabuntur et denominabuntur. Atq; ad omnia Ciuitatis negotia et ad Consultationes Statum huius Vrbis concernentes Publicas, insimul cum duobus Ordinibus nempè cum Magistratu et Scabinatu admitti debebunt. Ita Vt absq; hoc Tertio Ordine, et sine Scitu illius neq; Consultationes Statûs formari, neq; negotia publica Ciuitatis tractari, neq; Contributio Vrgente necessitate Laudari, neq; Bona Ciuitatis Terrestria, siue quouis alia disponi aut obligari, nec denique Prouentus et Expensa leuiri et constitui Licitè ac Legitimè possint. Verum ad ea omnia tanquam Tertii Ordinis Officiales omninò pertinebunt et adesse tenebuntur absentiâ nonnullorum præsertim Legaliter impeditorum Cursum Consultationis publicæ non impediente. Insuper in perpetuum statuitur Vt iidem Sexaginta Viri per Magistratum seu eius Præsidem pro tractandis negotiis publicis Legitimè Vocati omnes in Ciuitate præsentes semper conueniant et post propositam Materiam Consultandi insimul Vti dictum est cum Magistratu et Scabinatu consulant, atq; in omnibus sanciant excepto solo negotio Contributionum, quo casu Vnus quisq; Suo Contubernio referat, informetq; : et datâ Confratribus suis informatione, postmodum in publico concludant. Si quis verò Legaliter impeditus venire nequiuerit, is rationem absentiæ Suæ Magistratui Vel illius Præsidi exponere tenebitur. Porrò hoc idem Iudicium Commissariorum Auctoritate ea quâ fungitur Regiâ cupiens mutuum amorem ac confidentiam antiquam inter omnes Ordines, adeoq; inter Incolas omnes Ciuitatis istius persuadere et animos ipsorum conciliare hîc perpetuum decreuit et ordinauit. Quatenus quemadmodum ad Contubernia quæq; et ad Senioratum Zunft Eltisten appellatum Ita quoq; ad Sexaginta Viratum ac alia Ciuitatis Officia non modo Augustanæ aut Reformatæ Professionis Verum etiam Personæ Romano Catholicæ fidei admittantur, eligantur et confirmentur, quibus æquè Vt et aliis ad hoc munus idoneis Liber aditus per præsentes declaratur. Quoad Contributiones Extraordinarias Laudatas et Laudandas quæ sunt præsertim discordiarum et dissensionum ac exindè inobedientiæ Causa primaria et origo. Iudicium Commissoriale. Quoniam Ciuitas hæc multo ære grauata est et pluuimæ necessitates ac onera exoluenda et expensa in rem Ciuitatis facienda sunt. Idcirco posse et Liberum esse debere Vt Vrgentibus necessitatibus, Tres Ordines supra scripti insimul modum contribuendi adinuenient, quo non tantum præsentibus necessitatibus prouideatur Verum et prætenta onera, Prouisiones, Census Reemptionales et alia Debita pro necessitate Ciuitatis contracta exonerentur, decreuit, Vtq; iidem Tres

Ordines.

Ordines insimul Unanimi Suo Consensu (pluralitate Votorum iuxta Veterem Usum servatâ) Contributionem quocunq; nomine appellatam totiès quotiès opus fuerit (veferendo prius ad sua Contubernia) Laudent et concludant. Quid quid autem per hos Tres Ordines conclusum fuerit id Cives ac Incolæ omnes soluere et prastare tenebuntur. Quod attinet Contributionem Publicam in Comitijs Regni Generalibus aut in Conuentu Terrarum Prussiæ Laudandam Accisa nomine antiquius appellatam. Quatenus hæc semper et totiès quotiès indicta fuerit iuxta Veterem Consuetudinem exigatur et persoluatur Sententiauit. Quod autem concernit aliam Contributionem Ciuilem Anno 1655 Sancitam, et post in anos Subsequentes prouogatam. Judicium Commissoriale Quoniam Magistratus finitimi asserit eam semper non per se sed per omnes Ordines Ciuitatis Unanimi Consensu, idq; pro necessitatibus Ciuitatis Sanctam fuisse, hancq; pecuniam exactam in rem eiusdem Ciuitatis expositam esse. Ideò quatenus Magistratus Perceptarum earundem Contributionum siue Ut Vulgò Vocant Accisarum Ciuilium, tum et Expensarum coram Decemviris Iuratis iuxta Ordinationem Diui Sigismundi Primi Calculum faciat et Sufficientem rationem reddat. Idem quoq; intelligendum de alijs in Usu uersum omnibus Prouentibus Ciuitatis annuis, etiam ex Bonis Terrestribus promanantibus: Quatenus dicti Decemviri (Siquidem Rationaria Vigore Decreti Judicij præsentis nuper Lati per Deputatos ad id designatos inchoata, nec dum finita sunt) itidem Calculum ab Anno 1622 incipiendo Usq; ad præsentia tempora recipiant perficiant, Regestra Perceptorum et Expositorum diligenter reuideant. Omnia Latera Regestrorum naturè peruurant, Fructus et Prouentus ex Bonis Terrestribus et Ciuilibus ab Anno 1622 perceptos examinent, Debita contracta connotent, Obligationes seu Innouationes Bonorum Ciuilium conscribant, Expensas discutiant, Reuisa et discussa Regestra manibus Suis omnes, Si fieri poterit, sin minus, duo duntaxat in Vim Quietationis Sufficientis Subscribant, Subscribere renuens Causam instanti exponat. Tum quoq; Bona Terrestria totius Ciuitatis propria omnia reuideant, Restaurationes seu Meliorationes eorum per Possessores modernos post recessum Hostilem factas inspiciant, scrutinent, Cum Possessoribus respectu Expensarum in Melioramenta erogatarum tum et cum Remotuorum Successoribus ex iusto et æquo conueniat, determinent, Ulteriorem in Sequentes annos Dispositionem ordinent, Vel in Arendam annualem siue Triennalem aut aliam quamuis temporaneam administrationem limitanda concludant, et in omnibus indemnitati Ciuitatis consulant.

Quod

Quid omnia inchoare intra Sex Septimanas ab Actu presenti computandas, et absq
nova quantocius perficere et determinare tenebuntur. In futurum autem Vt id Ordo
Seruari facilius queat decernitur in perpetuum quatenus Statu Electionis Officialium
Diui et tempore Oeconomi siue Camerarij Ciuiles ex Consulatu quidem duo per Consules
ex Scabinatu itidem duo per Scabinos ex Sexaginta Verò Viratu Quatuor Mercatores
bini et Opifices bini per eosdem Sexaginta Viros quotannis eligantur et Seorsim Iura-
mento obstringantur. Qui quolibet anno Electi et Iurati Prouentuum omnium in genere
Ciuilium curam habebunt, Fructus omnes et eorum Exposita diligenter in Regestris
adnotabunt, commoda Ciuitatis promouere tenebuntur, Bona Perversa Vt supra Ordi-
nata et Ciuilia disponent, Contractus Arenda vel Administrationis temporaneæ cum
plus offerentibus conscribant, Subscribant, obsignent, et in Librum seu in Acta indu-
cant, omniaq; in rem et emolumentum Ciuitatis agant, atq; quolibet anno gesti sui Offici
coram Decem Viris Stato tempore iuxta dispositionem Ordinationis Diui Sigismundi
rationem Sufficientem reddant. Decem Viri quoq; recepto et discusso Calculo Regestra il-
lorum modo quo supra dictum est Subscribant. Caterum præsentibus declaratur quod
Personæ in Consulatu existentes Vigore Priuilegii Diui Sigismundi Primi de Anno 1520
Feria Secundâ post Festum Sanctorum Trium Regum, ad administranda et possidenda
Bona eadem Perversa, præ aliis omnibus concurren-
tibus præferri debent. Porrò quod Spectat Punctum introitus Contributionis Vulgo
Accisæ Ciuilis per Braxatores ab Anno 1601 retentæ, Licet quidem Magistratus al-
leget eam esse per Ordines omnes Vnanimi Consensu Laudatam, et per Cives aliis exo-
lutam per Braxatores verò usq; ad diem hodiernam retentam esse; attamen quoniam
hæc eadem Contributio magis per Vltimos Consumentes (inter quos et Braxatores con-
tinentur) esse soluta videtur Decretum quoq; Sac: Reg: Mttis Anni 1666 alte-
rius generis Contributiones iustè et Legitimè Laudatas soluendas esse iubet: Ideò
Iudicium Commissoriale Braxatores à Solutione prætensorum Retentorum Liberos
pronuntiat. In futurum autem * quoniam * Necessitatibus et Expensis Ciuitatis per Nouas Col-
lectas seu Contributiones ab Ordinibus cribus Laudandas Vt supra satis prouisum est.
Quapropter Hanc Contributionem seu Accisam Ciuilem tollendam et abrogandam, Civesq;
et cuiusuis Status homines ab eo grauamine Liberandos esse censuit; prout tollit abro-
gat et Liberat cum ea Declaratione Speciali Vt Ordines quamprimum Nouam Contri-
butionem necessitatibus Ciuitatis competentem adinueniant et Laudent. In Puncto
Auocationis Ciuium prionum et obedientium, ne Contributiones seu Collectas Magi-
stratui

stvatui Soluant. Quoniam ea non probatur Ideò Iudicium præsens Liberos Braxatores fecit et pronuntiauit. Irruperi respectu Taxæ et Seniorum Electionis. Quoniam de Iure Culmensi Lib: 1 Cap: 6 et ex vi Ordinationis Sud de Anno 1561 per Divos Reges confirmatæ tum et ex Usu antiquo respectu postulandorum Seniorum ab Anno 1489 et Ulterio-re Verò Taxa ab Anno 1493, Usq; ad Annum 1662 ininterrupto. Braxatores Taxam Cervisiæ sud et Electionem Seniorum à Magistratu petere tenentur. Decretum quoq; Sac: Reg: Mtis in Iudicijs Relationum eius propriarum expressè in his binis Punctis intercessit. Ideo quatenus Braxatores eidem Decreto Regio Satisfaciant, et Ordinem in hoc Visitatum amplius non turbent, Sententiauit. Quantum attinet Inuectionem Cervisiæ Exoti: cæ eiusq; Propinationem. Quoniam ex Vetustis Iuribus Ordinatione Scilicet totes Dicti Diui Sigismundi in Anno 1523. Transactioneq; inter Status Nobilium et Ciuitates tam Maiores quam Minores Terrarum Prussiæ bina, Vnâ quidem Anno 1526 alterâ 1542 initâ: Necnon Priuilegio Serenissimi olim Sigismundi III Anni 1593 patet euidenter eiusmodi Exoticæ Cervisiæ promiscuam Inuectionem fuisse illicitam, quam et Actus Declarationeq; Consulares præcipuè Annorum 1605, 2. Martij 1616, 8 Februarij: 1627, 18 Junij: 1630, 15 Nouembris: 1633, 25 Aprilis: 1635, 27 Julij: 1637, 19 Junij et plurimæ aliæ per tantam Seriem annorum iteratæ non receperunt, imò in diminutionem Thesauri Regni seu Terrarum Prussiæ emergentem esse iudicârunt: Post quarum deindè Consularium Declarationum consonantiam ex spontanea sed minus considerata Prius Tunna, deindè sub tempus residentiæ Regiæ plurium Tunnarum admissione, multiplicatis tractu temporis abusibus et controversijs auctis, exortisq; Trina Decreta Sac: Reg: Mtis intercessêre Vnum quidem Sabbatho Postridiè Festi S. Valentini Anno Dni 1648. Alterum Feriâ Quartâ post Dominicam Reminiscere Quadragesimalem proximâ Anno 1650: Tertium Sabbatho infra Octauas Sacri Paschatis Anno 1652 post Partium Controversias inter Magistratum et Braxatores Torunen: Lata et promulgata intercesserunt. Quorum Singula Puncta conferendo et inter se prius combinando. Iudicium præsens Commissoriale. Partes Horasq; circa eadem Decreta Regia conseruat. Atq; Vlteriores Litium anfractus, ac Vitiosas et Superfluas eorundem Decretorum per Partes interpretationes Dubiaq; exindè promanantia quæuis removendo; et ante omnia Solius æquitatis ratione tum redintegranda Pacis et tranquillitatis in hac Regia præcipua Terrarum Prussiæ Ciuitate instincta præ oculis habito, in perpetuum decernit et iniungit Vt tam Propinatio exotica Cervisiæ iam alias Decretis Supra Scriptis Vetita (excepta Propinatione in Cellario Publico Gedanen dicto Jabolcatze,

quam

quam Iniecto iuxta obloquentiam Decreti Regij Anni 1652 in Ciuitatem hanc
Vtramq; Sit Licita, Et Vt promiscua hac sibi delecta illius ex indebitis Locis ingestio
arceatur pro Bono efficaciori Pacis inter Partes conciliandæ Attendentia et Scitus con-
ferentiaq; cum Nobili ac Spctõ Præsidente nunc et pro tempore existente ac mutua co in-
telligentia Cum quauis Authoritatis Nris et Spctis Magistratus ac eius Præsidis
Delegatione Ludus Honoratæ Confraternitatis Braxatorum Confratribus per ipsos desi-
gnandis et Nris ac Spctõ Præsidi præsentandis ad euitandum Vlteriorem abusum velin-
guitur in eum effectum Vt qualibet Septimana Scire et cognoscere ipsis Liceat, quot
et quales Exoticæ Cereuisiæ Tunnæ fuerint introductæ. Æternum Iudicium prædens
Commissoriale in hoc Decreto Sac: Reg: Mtis Anni 1650 prædallegato quatenus
Braxatores bonam et adæquatam Cereuisiam braxent, eamq; tam pro Vsu Incolarum
Ciuitatis distrahant, quam Tabernatoribus Villarum Decreto eodem assignatarum
Sufficienter Subministrent, indixit; Sub Pœna in eodem Decreto Regio interpositæ.
Quantum Vero concernit Religiosas Domos et Personas in Vrbe hac Ciuitate
Iouuiij existentes, Quoniam intuitu clausuræ, Arabia sæpe Lobdium et in-
becillium nomine Veniunt. Ideo eosdem circa Jura sua et circa Vsum antiquum, si
quem habuerint conseruauit. Quod porro Spectat Molendina priuata et
Brasearum detentionem. Licet quidem tam Braxatores in alienis Molendinis et
Suis priuatis Manualibus Brasea contra Remian alias iudicatam, ac cum diminutio-
ne Publici Prouentus nolive attentantes, quam Officiales à Magistratu deputati Bra-
sea illorum in Molendinis Violenter et contra Rescripta Regia detinen' adinuicem
vedarguendi et culpandi essent: quia tamen et hi in defectu Molendinorum Ciuitatis
desolatorum nec hucusq; reparatorum Vel potius metu Vlteriorís detentionis brasearum
Suorum, et illi ex Motiuo Officiorum Suorum Vsdenarv perpetrasse attentata. Cum
tamen Cognitio Validitatis Rescriptorum Regiorum ipsis minimè competeret: Idcirco
tranquillitati mutuæ Studendo, Pœnas animadversionemq; abinuicem compensandas
esse censuit; In posterum tamen ordinat et decernit quatenus Molendina desolata
prædictæ Vero Zubicz et Piskarski in Suburbio per Oeconomos siue Camerarios
Ciuitatis iam alias Substitutos intra Spatium duorum annorum etiam præfatis Contra-
ctibus aut quocunq; meliori et efficaciori modo, Sumptibus Ciuitatis restaurentur: Bra-
xatores Vero omnino ab eiusmodi progressibus quouis colore abstineant, Sublatisq; quam
primum priuatis et insuetis eiusmodi Molendinis, receptum modum Locumq; Molendi

iterum

itevum vea ſſumant vetineant et obſeruent: Vice Verſâ à Magiſtratu nulla moleſtia et
infeſtatione Civonnisi in caſu veritentiâ afficiantur. Ratione Seditionum exci-
tationis, Contuberniorum quasi ad se Auocationis ac Exceſſiuorum, siue Iure Victorum
ad patrocinium per Braxatores acsi receptionis. Quoniam Vnicuiq; Ciuium iniuriam
seu grauamen sibi illatum prætendenti Lecitus sit ad Sac: Reg: Mtem accessus, nec id
per quempiam multominus per Magistratum impediri debet. Præmissa quoq; Obiectiones
per Magistratum non probantur: Ideò citatos Braxatores Contubernales hoc in Puncto
Liberauit et absoluit. Quantum deinde attinet Puncta ex Actovatu Braxatorum
intuitu nonnullorum Braxatorum à Consilijs publicis imò nonnullorum ab Officio Sca-
binatûs amotionis: Quoniam hæc Vtraq; Puncta non deducuntur, imò eosdem Braxatores
bene uoli recessisse à consultationibus, et a munere suo absentâsse. Quapropter Iudicium
præsens Commissoriale Magistratum ab incompetenti Actione Liberum et absolutum fecit
ac pronuntiauit. Insuper quoad Actovatum Contubernium et primò
quidem respectu Iudicij Burgrabialis. Quoniam tam ex Iuribus antiquis præcipuè ex
Priuilegio Ducis Casimiri Anni 1457, quam ex vi Plebisciti Ciuitatis Torunensis
Burgrabiis Locum Regum Polon in Ciuitatibus Terrarum Prussiæ tenentibus Autho-
ritas potestas facultasq; iudicandi attributa est:, Ideò decreuit quatenus Notis et
Spectis Burgrabius Modernus et pro tempore existens Causas nonnisi Officio Suo com-
petentes, Vt potè minorum Violentiarum Summariè iudicet, Maiores verò omnes Cau-
sas Officio Consulari relinquat Sub nullitate Iudicatorum. Quod item con-
cernit Punctum Officij Pupillaris et Censorij. Quamuis Officium Censorium et Pu-
pillare prima sui consideratione possit concipi quòd nouas et Vltra consuetum re-
ceptum Ordinem Instantias constituat quod tamen ita constituta sunt hæc Officia
quòd ex genere Suo non sint diuersa sed illis tribus Superioribus Instantijs Subalterna-
ta ab iisdem dependeant et promanent, Iustitiæq; et æquitati plurimùm sunt consona et
Consentanea Vti Summario Cursu et de plano procedentia proindeq; apprimè neces-
ria. Idcircò illa in Suo robore esse conseruanda adiuenit. Ita tamen Vt intra Can-
cellos Sui actiuitatis maneant et persistant Nec sibi quidquam Negotiorum ad tres
Superiores Instantias pertinentium arrogent et Vsurpent et Summatim Causas sibi
commissas inspiciant et ad Magistratum referant. Deinde quantum ad Iudi-
cis Officium: Quoniam Iudex non modò ex Iure Culmensi, Verum et ex Proceſſu
Statutario Ciuitatis huius ac ex antiquissima Consuetudine Iudicandi potestatem
habet.

habet. Ideò conseruantur Partes circa prædicta, ità tamen Vt is idem Iudex non:
nisi Causas Leuiores et minoris momenti idq; Summario Processu non seruatis di-
Lationibus præsertim non necessariis et minùs Iuridicis iudicet et de plano decidat
Vel ad Scabinatum remittat. A Causis porrò Maioribus omninò abstineat, eas
Iudicio Scabinali relinquat Ne Partes Litigantes Longo temporis tractu et inanibus
Sumptibus aggrauentur. Postmodum quoad ademptionem Victûs per Concessionem
Liberæ Venditionis Carnium per Proclama Vulgo Wolnixa indultam. Licet Magi:
stratus ex Iure Culmen. Lib: I Cap: 5. atq; ex Usu antiquo deducat et comprobet
Liberam fuisse certis temporibus eam promiscuam Carnium diuenditionem præsertim
dum Laniones nimis extenso Ciuibus pretio distrahunt. Attamen quoniam Contu-
bernales Laniones ad præsens Iudicialiter declarant et Submittunt, se Velle iusto
pretio et in copia sufficienti Carnes Venum exponere. Idcircò Vt in posterum ab eius-
modi Concessione promiscuæ Venditionis Carnium Magistratus abstineat, imò ne id
fiat prohibeat et caueat. Iudæosq; Sauerè cohibeat ne sub tempus Nundinarum
Licèat ipsis Vltra duo Macella Statuere idq; pro Usu illorum tantum et non aliter. Item
Occasione Protectionis post Nundinas contra Ordinationem per Burgrabium Iudæis
quasi præstita. Iudicium præsens Commissoriale Sac: Reg: Mtis decreuit qua-
tenus in posterum Magistratus siue Nobis et Sibis Burgrabius commorationem Iudæ:
is post Nundinas Exhibeat et eosdem nonnisi ad triduum in Ciuitate finitis Nun:
dinis patiatur aliàs iuxta Articulum in Plebiscito Ciuitatis huius Cap. 8 Art: 2
Paragrapho Vltimo, se se per omnia gerat. Demum quod attinet Punctum respectu
Mercatorum et Opificum ad Nundinas Venientium, quos nonnulli Mercatores et Me
chanici præsertim Verò Sutores et Sartores arcent. Quoniam non modò Iura Publica
Statutaq; Regni et Terrarum Prussiæ ac ipsa Vniuersalis praxis Verum et Specialia
Ciuitatis istius Iura Vt potè Ordinatio Diui Sigismundi Supra allegata Anni 1523
atq; ipsum Priuilegium Regium ratione Nundinarum Ciuitati huic in Anno 1514
impertitum non arcent, imo permittunt, Vt Mercatores et Artifices cuiuscunq; generis
et Speciei sint cum Suis Mercibus et Operis seu Opificiis Liberè ad Ciuitatem hanc
conueniant et absq; quouis Mercatorum seue Opificum Torunensium præiudicio aut
Dispendio distrahant et diuendant. Quapropter Iudicium præsens Commissoriale
Partes circa præmissa omnia Iura Publica et Priuata conseruat, Neue quispiam hanc
Libertatem Publicam turbare aut Venientes ad Nundinas Torunenses Regni huius

aliarumq;

aliarumq; Ciuitatum Maiorum et Minorum aut Extraneos Mercatores et Opifices impedire, vel quouis prætextu molestare audeat Sub Pœnis per Magistratum irrogandis interdixit Saluâ Iurium inspectione per Nobilem et Spectabilem Magistratum Contuberniorum Suorum Si quæ habent Iuri Publico non contraria. Quantum deinde Spectat Seditionem et Commorationem in Ciuitate Vagabundorum Artificum aliàs Pantaczow Benhazen dictorum. Quoniam in bene Ordinatis Ciuitatibus Vagabundas Personas Vigore Priuilegiorum Contubernalium arceri, imò et Opificiorum rudes ac expertes ad sua Artificia sine prævio requisitorum examine ac discussione admitti non posse plus quam notorium est: Ideò Iudicium præsens quatenus Magistratus ad requisitionem cuiusque Contubernii in hoc Ciues tueatur; et Personis in Contubernia Torunensia non inscriptis Artificia exercere non permittat, decreuit. Caterum quia Iudicio præsenti innotuit nonnullas Personas optimè in suis Artificijs exercitatas, omnibusq; requisitis et Literis consuetis in Contubernijs considerari ac practicari solitis, munitas, Romano Catholicos sæpè Vagos sudq; Artis inexercitatos Benhasen siue Pantacze perperam Vocitari et exinde ad Ius Ciuitatis imò et ad Contubernia non admitti: Idcirco ad tollendas cauillationes præsertim bono Ordini consulendo. Idem Iudicium Commissoriale. declarat et in perpetuum Statuit quatenus in posterum nullus pro inerti Böhnhaas Vulgò Pantacz dicto reputetur quicunq; Literas bonæ Conuersationis, Legitimi ortûs, et in Contubernio Suo Libertationis seu Dimissionis aliàs Wyzwolonij List præsentauerit omniaq; iuxta Iura Ciuitatis et Articulos Contubernales adimpleuerit, imò talis quilibet etiam Romano Catholicus, dummodò non sit notoriè criminosus aut alioquin Legali impedimento in talibus considerabili implicatus, tam ad Ius Ciuitatis, quam ad Contubernium omninò admittatur et recipiatur. Caterum Contubernia diuersa Vt potè Sartorum, Sutorum, Pistorum, Fabri fabrorum, Serri fabrorum et aliorum Opificum grauiter cum querela conquesta sunt. Quòd Opifices Böhnhaas aliàs Pantacze in domibus priuatorum commorantes etiam in Fundis Nobilium, et Ecclesiasticis ac Religiosorum, cum sub prætextu Iuris Ciuilis non mediocrem commoditatem Opificiorumq; suorum Vtilitatem capiant, nec tamen Contributiones et Collectas tam Ordinarias quam Extraordinarias aliaq; Onera Ciuitatis quouis nomine Venientia sustinent, imò clam effugiunt et euitant, Vnde Contubernijs formalibus graue damnum et præiudicium irrogant. Proinde Iudicium Commissoriale. Omnes taliter in Priuatorum Fundis et Locis Latitantes amouendos esse censuit; prout in perpetuum amouet Vtq; Magistratus eo nomine requisitus executionem indilatam faciat, iniungit et simul Statuit, ne quis in posterum etiam ex Spiritualium, Nobilium, Consulatium et Ciui-

et Ciuilium Personis in suis Fundis, Hortis, Lapideis, Domibus, Clavijs aliisq; quibusuis receptaculis intra vel extra Ciuitatem constitutis hîc in circumferentia Iuris-dictionis Ciuilis existentibus tales fouere, retinere et protegere audeat, Eo tamen praecustodito, quod pro Religiosorum et ipsorum familia domestica Usu ac commoditate in Iurisdictione Fundorum Collegii aut Conuentûs, Vnus duntaxat Opifex cuiusuis Artificii ipsis opportuni cum famulatu necessario pro qualitate Loci alendo degere, Artemque suam pro Usu et necessitatibus duntaxat Lictorum Collegii et Consentium exercere ac retinere licitè possit et valeat. Postmodum quod spectat punctum ratione Cremati. Quoniam Magistratus non temerè sed intuitu Laudi in Anno 1655 per Ordines Ciuitatis Sanciti Libertatem aduersandi Cremati in hac Ciuitate ciuibus impediuerat. Ideò Iudicium praesens Magistratum Liberum pronuntiauit. Rationem nihilominus de fructibus exinde perceptis reddere Magistratum teneri Sententiauit. In posterum verò Cremandi et propinandi Dispositio Omnibus Tribus Ordinibus atq; adeò toti Ciuitati relinquitur cum facultate ordinandi, prout ipsis aut Ciuitati melius vel fructuosius videbitur, etiam emendi et vendendi adiectâ Libertate. Porrò quod attinet puncta facti seu violentias abutting, praetensas et tam à Magistratu contra Braxatores, quam à Braxatoribus contra Magistratum reciprocè propositas. Quoniam ea non negantur, sed sub praesidio Iuris et in fundamento aut Decretorum vel Laudorum ex officio ad talia peruentum esse deducitur. Ideò Iudicium praesens Inquisitione ad quam Partes prouocant, non necessariâ adinuentâ, easdem praetensas Violentias vti reciprocè exortas et excitatas mutuâ Coaguatione compensandas esse censuit prout compensat. Tandem Quantum ad Grauamina Specialia Contubernium vocanter ante ferendam Sententiam porrecta, et in Actis praesentis Commissionis inserta. Quoniam Magistratus in Iustificatione Sua Iuribus Contuberniorum Subuenire et protectionem Suam ex Officio se velle dare declarat. Idcirco decernitur quatenus is idem Magistratus iuxta Suam Submissionem in Scripto exhibitam ac in Actu praesenti contentam, quamprimum requisitus fuerit, Singulis Contuberniis satisfaciat, Priuilegiaq; siue Ordinationes eorundem Contuberniorum et Consuetudines antiquo Usu firmatas, et praesertim Iuri Communi conformes sarta tectaq; conseruet. Vt et intervenientium Chirurgorum cum Balneatoribus Praetensiones ex iusto et aequo cognoscat et decidat. Quoad Ordinationem certam Magistratûs ratione Medicorum Vocandorum ad Examen circa Susceptionem ad Contubernium Iuniorum Chirurgorum. Ea in quantum Priuilegiis eiusdem Contubernii non contrauiatur propter melius esse, subsistat. Quod item attinet Petita Pannificum seu Saijnacheri

Lictorum

dictorum. Judicium præsens, ne aliquod Juribus Civitatis et Mercatoribus præjudicium inferre videatur. Totum hoc Negotium ad Magistratum remittit. Item quoad Querelam ratione injustæ Focalium ab Officio Censorio cum aggravatione Incolarum exactionis. Judicium. Quibus Magistratus Judicialiter declarat se velle Uni cuique administrare Justitiam, ad delationem cujusvis injuriati. Proinde quatenus eidem Submissioni Suæ ad requisitionem primam Satisfaciat, et ab iisque quibusvis Dilationibus Summarie querelas tales discernat et determinet. Postmodum hoc idem Judicium Commissoriale Sac: Reg: Mtis Singulari consideratione perpendit, Magistratum Consularem pro tot exantlatis Supportatisque et in futurum curis, Solicitudinibus et Vigiliis pro Conservatione Communis Boni Supportandis, debitâ gratitudine destitui; præsertim eo attento, quòd Personæ in Magistratu Consulari constitutæ, tot curas Laboresque incessanter Supportant, publicis Occupationibus aliisque gravissimis pro Bono communi distenti negotiis interessa Sua privata et res domesticas omittunt, dies integros cum Summo dispendio in Prætorio, Causis Civitatis et Jurisdicundo continuò allegati insumunt, Sententiat et decernit: quatenus eidem Magistratui, ejus justo respectu prähabito, de congrua et competenti gratitudine ex Bonis Civitatis provideatur; Et insimul ab omnibus Contributionibus Civilibus respectu Unius Lapidea seu Possessionis Suæ Solui consuetis, Necnon ab Universis oneribus, inhærendo Ordinationi Serenissimi olim Sigismundi Primi toties recensitæ, Tum et Consuetudini in omnibus fere Regni Civitatibus Majoribus et Minoribus practicatæ, Necnon Decretis Regijs eo nomine inter diversos Magistratus et Communitates Latis, Liberos et immunes temporibus perpetuis esse debere declarat: Intuitu tamen alicujus Lapidei seu Possessionum Suarum Contributiones Civiles idem Consules una cum aliis Civibus subire tenebuntur. Insuper pro Decretorum Superius Latorum omnium Coronide, Ut inter Nobilem ac Spectabilem Magistratum, Scabinos, ac Ordines hujus Civitatis totamque Communitatem qua ex Contubernijs coälescit, amor internus et Vicinalis qui ex communi et connexo domicilio oriri debet, perfectior, Unio animorum et Pax aurea, quæ est verum optimæ respublicæ et reflorescat, Sinceræque assumpta Vigeat ac inconcusse conservetur. Judicium præsens Commissoriale Sac: Reg: Mtis. Parti Utriq; tam Actoræ quam citatæ mutuis Actio-

ribus

nibus in Negotio ꝙsenti intervenienti Severè mandat et interdicit, Vt nullus omninò illorum cuiuscunq; Statûs quouis colore aut pretextu in Judicijs, Subselijs, Congressibus, Locisq; publicis et privatis, quidpiam ex propositis Judicio ꝓsenti Suarum pretensionum ac Propositionum punctis et Articulis ad iniuriam aut contumeliam exprobrare audeat presumatq;: quin imò Unusquisq; pro Sua conditionis modulo, se se intra Limites Sua Vocationis et Officij contineat; Magistratus amorem et protectionem Populo Uti Concivibus Suis: Populus obsequium et reverentiam Magistratui ꝓstando et exhibendo. Præcipuè verò Contubernia ad Sana et pacata eiusdem Magistratûs Consilia respiciat: Neq; se se ad turbas aut conventicula privata, Ensclo Magistratu, quæ Seditionum tumultuumq; incentiva sunt, præsertim verum turbatarum Regni huius tempestate, aut Interregno (quod Deus Optimus Maximus quam longissimè avertat) temerè proripere audeant nec præsumant. Decreta autem Judicij huius Commissorialis præcipuè in Causa bonæ Ordinis et Regiminis conservandi emanata, et quæ Saluti perpetuitatem Civitatiq; publicum Bonum concernunt atq; complectuntur. Tum et omnes eorundem Articulos seu Puncta seorsim in Utili Semperè et intemerata observantia perpetuis temporibus, tam per Nobilem et Ignobilem Magistratum ac Ordines Civitatis, quam Honoratos Burgatores, aliasq; Contubernia et Universam Communitatem haberi, teneri, observari et ad exequutionem realem ac debitam deduci Vult et injungit. Ad extremi ingeniosas quasvis ambiguas et sinistras aut quacunq; Subtilitate adaptabiles Decretorum eorundem Supra Scriptorum Commissorialium interpretationes Serio Vetat et inhibet Sub Pœnis in Jure, ac præsertim in Plebiscito istius Civitatis expressis. Ad hæc perpetuum Silentium in tota hac Causa, Ejusq; Singulis Circumstantijs, punctis, clausulis, et propositionibus indicit et Stricte observari præcipit. Omnium denig; Offensionum, contumeliarum aut injuriarum tam Verbalium quam realium quacunq; inter Partes intercesserunt mutuam et reciprocam condonationem Authoritate Judicij ꝓsentis condescensam et ab invicem factam, Idem Judicium Commissoriale acceptat et approbat, atq; æternam pro Bono Pacis ac Universalis huius inclitæ Civitatis, concordiæ, Amnestiam imponit et sivmat. Præsenti Decreto ad præmissa mediante. Quibus omnibus Ut Supra

Scriptis

Scriptis Decretis promulgatis, et publicè in præsentia Partium omnium ac Plebis Thorunensis in frequentissimo numero congregata Lectis. Tam Magistratus Consularis, Scabinatus, ac Sexaginta Viri ad conferendum cum Ordinibus, quam Braxatores et Seniores Contuberniorum itidem ad colloquendum cum Suis Confratribus, recolligendumq; Dilationem ad diem crastinum. concedi sibi affectavêrunt. Quam, Judicium præsens ipsis Uti in Negotio deliberationem maturiori indigente, necessariam et concessibilem esse iudicavit; atq; Terminum pro die crastino Partibus coram se comparendi, et Utrum appellare? aut acceptare vellent? declarandi, præfixit et assignavit peremptorium. Ac tandem Sequenti die expediendo Recollectionem sibi concessam personaliter comparentes tam Magistratus, Scabinatus, Sexaginta Viri per Suos Deputatos Superius Specificatos, quam et Braxatores: Necnon Contubernionum Seniores itidem Superius de nominibus et cognominibus expressi, Decreta præinserta ôia et Singula pro rato et grato Susceperunt, neq; se ad Sac: Reg: Mttem eiusq; Judicium appellandi necessitatem habere; quin imò ea observare et ad finalem executionem deducere velle declarârunt et submiserunt. Atq; in Signum perpetuæ concordiæ Sincerq; ac indubitatæ reconciliationis et Unionis animorum, in præsentia eiusdem Judicij Sacræ Regiæ Mttis mutuis amplexibus congratulationibus et hilaritate confirmârunt. Quæ omnia pro maiori Actûs Essentis et Decretorum eorundem Commissorialium firmitate et Stabilimento in perpetuum obtinendo, Approbationi, ratificationi et Corroborationi Sacræ Regiæ Mttis Dni Dni Clementissimi Idem Judicium Commissoriale cum debita Regia Mttis Veneratione Subjecit; Partesq; pro impetranda quamprimum confirmatione tali, ad eandem Sac: Reg: Mttem remisit et remittit. In quorum fidem maiorem et evidentius testimonium, Præmissa omnia DD: Commissarij Sac: Reg: Mttis manibus propriis Subscripserunt et Sigillis Civitatis munivi mandârunt. Actum et Datum Ut Supra. Joannes Rozycki Episcopus Chelmen Abbas Mogilnensis mpa. Locus Sigilli. Damianus à Kretkow Castellanus Culmensis mpa. Locus Sigilli. Joannes Ludovicus Stvzesz Custos Culmensis Præpositus Sanocensis S. R. M. Secretarius Uti Commissarius mpa. Locus Sigilli. Joannes Dominicus Działyński Capitaneus Pokrzywnicensis mpa. Locus Sigilli. Stephanus Hankiewic Regiæ Majestatis Secretarius et eiusdem Decretorum Woźnijn ac Actorum Metricæ Regni Cancellaria Notarius Uti Commissarius mpa. Locus Sigilli.

Appro:

Approbatio Actûs Commissorialis inter Magrtum et Braxatores atq; Contubernia Ciuitatis Thorunensis.

Cov.

Ex. Joannes Casimirus Dei gra Rex Polonia &. Significamus &. Oblatas esse ad Acta Metrices Regni Cancellaria Maiovis Literas in qua Scriptas pagineas, manu Nra Subscriptas et Sigillo Regni Minoris Cancellaria obsignatas, Sanas, Saluas, illasas, omniq; Suspicionis nota cavantes. Quarum quidem Literarum Tenor Sequitur est; talis. Joannes Casimirus Dei gra Rex Polonia, Magnus Dux Lithuania, Russia, Prussia, Mazouia, Samogitia, Kiouia Wolhynia Liuonia Smolensc; Czernichouia Severiaq;: Necnon Suecorum Gothorum Vandalorumq; Hæreditarius Rex. Significamus presentibus Literis Nris quorum interest Vniuersis et Singulis, harum notitiam habituris. Quod quemadmodum Decretis Nris binis Varsauia Feria Secunda in Crastino Festi Nativitatis Sancti Joannis Baptista Anno presenti inter Instigatorem Regni et Honoratos Seniores ac totum Contubernium Braxatorum Thorunensium ab Una: et Nbles ac Spbles Burgrabium, Proconsules, Consules, totumq; Magistratum: Necnon omnes Ordines Ciuitatis dicta Nra Thorunensis mutuos ab Invicem Actores et Citatos ab altera: Tum et Famatos Seniores ac Juniores Contubernionum omnium et Singulorum eiusdem Ciuitatis tertia ex parte: post Solennes omnium Trium Actoratuum ac Reatuum Controversiis Latis et promulgatis ad cognoscendas, judicandas, decernendas, Vel si fieri poterit complanandas omnes in genere et Singulas in Specie pretensiones, gravamina tam publica Ciuitatis, quam privatorum abutriq; ex reciproco Actoratu et Reatu intercedentes, certos in eisdem Decretis Nris Specificatos Commissarios designauimus: Ita quoniam nonnulli ex eisdem Commissarijs Nris Vt pote Rndus, Magnificus, Venerabilis, et Generosi, Joannes Rozycki, Episcopus Chelmensis Abbatia Mogilnensis perpetuus Administrator, Damianus Kretkowski Castellanus Culmensis, Ludovicus Stuzesz Custos Culmensis Praepositus Sanocensis, Joannes Dominicus Działyński Capitaneus Noster Pokrzywnicensis, atq; Stephanus Casimirus Hankiewic Secretarius Noster et

Decreto-

Decretorum Nostrorum Wolhijn atq; simul Actorum Metricas Regni Cancellaria Mariovis Notarius, in Termino ex Innotescentijs illorum cadente Feriâ 2ª Sextâ 3ª videlicet ante Festum Gloriosissimæ Assumptionis B: M: Virginis in calum proximâ Anno nunc currenti Torunium conuenerunt, atq; in Pratorio Ciuitatis eiusdem fundatâ Suâ Jurisdictione Commissoriali, auditis, cognitis, et maturè scrutinatis tam Magistratûs et Ordinum omnium, quam Braxatorum et Contuberniorum omnium Thorunensium prætensionibus, grauaminibus, Violentijs, ac exindè Juribus, Priuilegijs, et alijs deductionibus coram Se mutuò propositis, Lectis, Ultimaviè in omnibus Tribus Actoratibus et Reatibus Feriâ Sextâ ante Festum Sancti Bartholomæi Apostoli proximâ Die scilicet Vigesima Primâ Mensis Augusti generalem et finalem decisionem fecerunt. Quam postmodum Partes Litigantes omnes præuiâ Suâ ipsis per idem Judicium Commissoriale concessâ deliberatione seu recollectione, die sequenti benevolè provata et grata acceptauerunt, nec Vllam ab hoc Definitiuo in omnibus prætensionibus ac grauaminibus promulgato Commissoriali Decreto Appellationem interposuerunt. Prout ea omnia non modò ex Relatione Consiliariorum Nostrum, verum et ex ipso Actu Commissoriali percepimus et intelleximus. Cum itaq; Nobis tam à Magistratu Consulari, omnibusq; Ordinibus Ciuitatis Thorunensis per Nobilem Georgium Hübner Secretarium Ciuitatis, quam à Braxatoribus per Honoratum Georgium Meycknet Scabinum Nouæ Ciuitatis, atq; à Contuberniijs omnibus per Famatum Michaëlem Pfundth Pistorem Ciuem Thorunensem Supplicij Libello in Scripto Nobis exhibito humillimè Supplicatum esset, Vt Suprà memoratum Actum ac Decreta Commissariorum Nostrorum authoritate Nostrâ Regiâ approbare dignaremur. Quo nomine per memoratos Commissarios Nostros ad Nos Remissa facta est. Proindè Nos, qui nihil magis cupimus quam Subditorum Nostrorum iustis desideriijs fauere, præsertim cum ea omnia ad veterum in Ciuitate hac primaria Terrarum Prussiæ Regimen, bonumq; Ciuium Ordinem, atq; ad Conseruationem Vniuersi prospiciant et dirigantur, de consilio Senatûs et Consiliariorum Nostrum prout nunc ad Latus Nostrum in frequentissimo numero assidentium assensu Vnanimi, hunc eundem Actum Commissorialem ac Decreta tam in Accessoriis, quam in Negotijs Principalibus Definitiuè Lata Superius de Data et Actu Specificata, præuiâ illorum Reuisione et scrutinâ, Authoritate Nostrâ Regiâ approbanda et confirmanda esse duximus, prout per præsentes, quo Ciuitatem hanc floretem semper, et magis in dies excrescentem Sumentem Secula videant et nouentur, in omnibus ac singulis eiusdem

Decreto:

eiusdem Actûs et Decretorum Commissorialium punctis, clausulis, rescribus, ac Ligamentis Vrâ cum Pauis ibidem interpositis ac Vallatis, de plenitudine potestatis Nrâ Regiâ super Ciuitates habitâ approbamus, ratihabemus, corroboramus, confirmamus et ratificamus in perpetuum. Vtq, tam Nobles ac Sobles Burgrabius, Praeconsules, Consules, Judex, Scabini, Sexaginta Viri, deoq; omnes Tres Ordines, quam Honorati Praxatores et Famati Seniores ac Juniores Contubernior̃um omnium, tum in Vniuersum omnes Ciues ac Incolæ eiusdem Ciuitatis Thorunensis iuxta præscriptum et obloquentiam prænominatorum Commissorialium Decretorum ac Ordinationum ad præsens per Nos approbatt in omnibus se se gerant, Eademq; ad debitam, effectiuam, ualem et finalem executionem quantocius deducant, Statum præsentem taliter ordinatum quietene obseruent, nec eum immutari unquam patrantur, Conseruationi et commodo Ciuitatis publico studeant, Regimen et Ordinem præscriptum seruent, Bonum publicum omnimes promoueant, Pacemq; et concordiam mutuam inter se foueant, declaramus, edicimus, et Statuimus perpetuo et in æuum. In quorum maiis robur, Hasce Lras Vim et Authoritatem Priuilegii quietem in se continentes, manu Nrâ Regiâ Subscripsimus et Sigillo Regni communiri mandauimus. Dabantur Varsauiæ Die XXVIII° Mensis Augusti Anno Dni MDCLXVIII°. Regnorum Nrorum Poloniæ et Sueciæ XX Anno. Joannes Casimirus Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellaria Regni. Joannes Wolowski Varmien' et Culmen' Canonicus Secretarius Regiæ Mtis Quas quidem præinsertas Lras Nos ad Acta præsentia Suscepi, eisdemq; inrossaui, ac ex hisce Actis fideliter de Verbo ad Verbum depromptas Partî petentî in forma Authentica extradi permisimus. In cuius rei fidem. Actum et Datum Vt Supra.

Donatio Horti Regii

Hæreditarij, Gnosis Theodoro Döenhoff Succamerarij Regni et Consorti eius.

ovv.

Ex. Joannes Casimirus Dei gra Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Mazouiæ, Samogitiæ, Liuoniæ, Smolensciæ, Czerniechouiæq;. Nec non Sueccorum, Gothorum, Vandalorumq; Hæreditarius Rex. Significamus præsentibus Lris Nris, quorum interest Vniuersis et Singulis. Exegerunt id à Nobis

Jure

Iure optimo continua merita Gnosi Theodori Donhoff Supremi Regni Nri Succamerarij, Orzydowien, Visliczen & Capitanei, atq; Sylvarum Białowieczensium Praefecti, Sedulò ac eximiè per ipsum Semper Nobis praestita, Vt ea ipsi ex condigno munificentia Nrâ Regia gratificemur. Quam Vt hactenùs etiam antequam amplior gratificandi occasio Se Se Nobis obtulerit, agnoscat, Hortum eidem Nrum propriùm et hereditarium, hîc Varsauiæ penes Stabulum Nrum Horto Nro Maiori ab Ora: et Curiâ eiusdem Gnosi Theodori Doënhoff parte ab altera, contiguum; arbovibus fructiferis Varij generis implantatum ab ædibus Retium Villæ Siecianæ dictis in Longitudinem ad Centum Quinquaginta Cubitos, ab Horto vero Regali in Latitudinem ad Octuaginta quinq; et medium Cubitum ab Ora: Se Se protendens, ab altera verò figura quadrati ex parte Vistulæ muro in Lineam & Flexuosam aliàs Zalomkiem extructo obductum, in Longum Ulnarum Centum Quinquaginta Octo cum media, in Latum autem ab Area Curiæ eiusdem Gnosi Succamerarij Regni, Sexaginta quinq; et media Ulna existentem, totum et integrum cum omnibus plantis, arbovibus, Muris circumcirca, sitis, ac erectis, aliisq; attinentijs et pertinentijs eò spectantibus Vniuersis et Singulis, Nullis penitùs exceptis, ità Latè Longè circumferentialiterq;, prout se idem Hortus ad præsens extendit et in muris Situq; suo præsenti continetur, Iure perpetuo, hereditario et irrevocabilis Donationis titulo, eidem Gnoso Theodoro Dönhoff illiusq; Consorti ac Successoribus eorum dari, donari, et conferri esse duximus, prout damus, donamus et conferimus præsentium Vigore cuius Priuilegij seu Donationis Nrâ idem Gnosus Succamerarius Regni præfatum Hortum totum et integrum cum Supra nominatis attinentijs Suis cum Gnosa Consorte Sua in possessionem Suam per Officiosam Intromissionem recipt, tenebit habebit et possidebit cum plenaria facultate et hereditaria potestate, eundem Hortum cum Suis attinentijs dandi, donandi, vendendi, commutandi, alienandi, et in quosuis Suos Successorumq; Suorum beneplacitos Vsus convertendi tempora in perpetua. Promittimus autem pro Nobis et Sermis Successoribus Nris, quòd eundem Gnosum Succamerarium Regni, Gnosamq; Consortem et quosuis Successores ipsorum in pacifica hereditaria Sæpedicti Horti possessione ac Vsufructu non impediemus, nec à quopiam impediri permittemus: Sermiq; Successores Nri non impedient, nec impediri permittent: quin imò ipsum et quosuis eius Successores Legitimos, in Iure ac possessione et Vsufructu conseruabimus, tuebimur et manutenebimus: Sermiq; Successores Nri conseruabunt tuebuntur et manutenebunt. Quod omnibus quorum interest præsertim verò Magistratibus quibusuis et præcipuè Ciuili Antiquæ Varsauiæ, notum esse volen, mandamus: Vt memoratum Hortum cum Supra fatis attinen Gnoso Succamerario Regni

Regni illiusq3 Consorti, in vealem possessionem per Officiosam Intromissionem evadat, atq3 pvasens Donationis Nram Priuilegium, in toto exeguantur, illudq3 et ipsi obseruent et conseruent, et ab omnibus obseruari et conseruari curent. Pro gratia Nra. In guorum fidem presentes manu Nra Subscriptas, Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsauiæ Die VII^a Mensis Septembris Anno Dni MDCLXVIII^o Regnorum Nrorum Poloniæ XX Sueciæ vero XXI.
Joannes Casimirus Rex. Locus Sigilli Maioris Canellariæ Regni in pixide Laminea pensilis. Stephs Hankiewic Secus Reg: Mtis subs.

Libertatio Domus Nblis Trebosz

ab excipiendis Hospitibus guibusuis ex Officio.

Covv: Joannes Casimirus Dei gra Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Pvussiæ Mazouiæ, Samogitiæ, Liuoniæ, Smolensciæ, Czernichouiæq3: Necnon Suecorum, Gotthorum, Vandalorumq, Hæreditarius Rex. Significamus
vp. & scribus Lris Nris guorum interest Vniuersis et Singulis. Quia Nos eximia Nblis Andreæ Trzebosz Ostiariii Nri merita, gæ Nobis à multis annis semper integra fide et diligentia, Utroq3 tam pacis guam Varicarum expeditionum bellicarum tempore præstitit, et hucusq3 maiora in dies cum commodo Nro Studio infesso præstare non desinit, continuo gratiæ Nræ cupientes veluare testimonio, ad Supplicationem certorum Nrorum Consiliariorum pro illo apud Nos interpositã, haud illibenter faciendum duximus, Vt Domum ipsius antiquitus Zelazowski dictam, in Suburbio Cracouiensi ex opposito Cœnobii Monialium Sanctæ Claræ inter Domos Nblis Francisci Wolinski ab Vna: et Egregij Christiani Ephipiarij Seruitorum Nrorum parte ex altera, abutvingq3 Victuales Sitam, partim muratam, partim Ligneam, totam et integram aboneæ excipiendorum Hospitum guorumuis ex Officio eximeremus; Vti guidem, præsertim pia eius intentione permoti, guã, Certam Summam in Vsus Ecclesiæ ex Liberalitate Sua cultum Diuinum promouen, applicare intendit, et in proposito habet, eximimus; Liberamusq, ab excipiendis Hospitibus tam Peregrinis, exteris, guam Regni Nri Incolis ac etiam Aulicis et Seruitoribus Nris cuiuscunq3 conditionis et status tam sub tempus Regni Comitiorum, guam etiam sub Celebrationem Conuentuum et Iudiciorum guorumuis publicorum facimus et exceptam esse porrsus Volumus et declaramus in perpetuum. Quod ad notitiam omnium et Singulorum præsertim Vero Magnificorum Marschalcorum Regni Curiæq3 Nræ et

Mag:

Mag: Duc: Lith[ae] modernorum et pro tempore existentium, tùm Gnosovum Distributorum hospitiorum quovumuis dedùcèn, iisdem mandamus: Vt pradicti Nblis Andrea Trebosz Ostiarij Nri Domum supra fatam, in Libertate presenti à Nobis gratiosè concessâ inuiolabiliter conseruent et manu teneant, conseruarijq; et manu tenevi curent. Pro gràa Nrà. In quovum fidem Esentes manu Nrà Subscriptas Sigillo Regni communivi iussimus. Datt: Varsauiæ Die XV[a] Mensis Septembris Anno Dni MDCLXVIII Regnovum Nro: vum Poloniæ XX. Sueciæ verò XXI Anno. Joannes Casimirus Rex Locus Sigilli Maioris Cancellariæ Regni. Steph[s] Hankiewic Secris Reg[is] Mtis[tis] mpria.

Oblata Tribunatûs Crusuicien
Gn[i] Beldowski collati.

Joannes Casimirus &c. Significamus &c. Oblatas esse ad Acta Metrices Regni Cancellariæ Maioris Lras infra Scriptas papyreas, manu Nrà Regiâ Subscriptas et Sigillo Regni Minoris Cancellariæ obsignatas, Sanas, Salvas, illasas omniq; Suspicionis nota carentes. Quarum quidem Lrarum Tenor Seguitur estq; talis: Joannes Casimirus Dei gràa Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Mazouiæ Samogitiæ Liuoniæ Smolen[sq] Czernichouiæq;: Necnon Sueciorum Gothor[um] Vandalor[umq;] Hæreditarius Rex. Significamus presentibus Lris Nris quorum interest Vrisis et Singulis. Ex innata Nrà erga Civos bene de Nobis et Republica meritos munificentia, primam et præcipuam esse curam, merita eorum pari et condigna honorum et præmiorum recompensare occasione. Quocirca et merita Gnosi Martini Beldowski Notarij Castren[sis] Iuriuladislauien[sis], quæ Nobis alacri studio Variis in occasionibus bellorum et alijs functionibus præstitevat, in consideratione habentes Volentesq; Vt sibi debita remuneratione gratiaq; Nrà Regia non maneant, faciendum duximus, Vt illi munus Tribunatûs Crusuicien[sis] totiusq; Palatinatus Bresten[sis] Iuriuladislauien[sis] post factam resignationem Gnosi Chrisostomi Wiçkowski Castellani ad dispositionem Nram devolutum daremus et conferremus: prout &c. Tenori Privilegij cum Loco et prærogatiuis ad idem munus de lege et consuetudine Spectantibus ac Vita ejus tempora Vel maioris alicuius Officij seu dignitatis Assecurationem damus et conferimus. Quod ac notitiam omnium

quorum

quovum interest præsertim Dignitariorum, Officialium, totiusq; Nobilitatis Palatinatus Brestens, deducen, ab eisdem requirimus mandamusq; Vt prænominatum Gnosum Martinum Beldowski iam ab hinc pro Vero et Legitimo Tribuno Grusuicensi totiusq; Palatinatus Brestens curiauken habeant et agnoscant, eiq; de Loco et prærogatiuis huic muneri Seruien respondeant, et ab alijs respondevi curent. Pro gvæ Nra. In cuius rei fidem Ego manu Nra Subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datt Varsauiæ Die XXXI° Mensis Augusti Anno Dni MDCLXVIII° Regnorum Nrorum Poloniæ et Sueciæ XX. Anno. Joannes Casimirus Rex. Locus Sigilli Minoris Cancellariæ Regni. Stanislaus Lipski Præpotus Grusuicen Regens Cancellariæ Regni. Quas quidem Supra inseretas per Oblatam porrectas Quas Nos ad Acta Suscipi, ingrossari, ex iisdemq; fideliter de Verbo ad Verbum depromptas Parti postulanti in forma authentica extradi permisimus. In cuius rei fidem &c Actum et Datum &c Vt Supra.

Actum Varsauiæ sub tempus Comitiorum Regni Generalium Die Scilicet Decimâ Sextâ Mensis Septembris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Octauo.

Ad Relationem Illustrissimi Dni Joannis Comitis de Leszno Leszczynski Regni Poloniæ Supremi Cancellarij Generalis Maioris Poloniæ Marienburgen &c. Capitanei.

Diploma Abdicationis Regno per Serenum Joannem Casimirum Regem Poloniæ.

In Nomine Dñi Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Joannes Casimirus DEI gra Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Mazoviæ, Samogitiæ, Livoniæ, Smolenscia, Czerniechoviæq; Nec non Suecorum, Gothorum Vandalorumq; Hæreditarius Rex. Notum testatumq; facimus præsentibus et futuris temporibus. Quòd cum prægravescente ætate Nra, deliberavi Nos in dies sentiamus, defessiq; et fracti maximis pro Republica Polona cum Laboribus, sustinendæ angelus tanti Imperij, moli, impares Vires Nras fateamur, capimus Ultrò et motu Proprio consilium deponendæ Coronæ Regiæ, quo reliquum declinantis Vitæ Nræ tranquillè et privatim intra modum agentes, componendis ad meliorem et nunquam intermittendam Vitam conscientiæ Nræ rationibus, liberius vacemus. Eam ob causam convocato Varsaviam frequentiore Senatu Die XII Junij Anno præsenti, mentem Nram iisdem Dnis Senatoribus et Consiliarijs Nris aperuimus, quibus magnitudine et novitate rei, ac reverentia Legum Patriarum deterritis, reliquam ad Universam Respubcam referentibus, Comitia Generalia Regni Nri pro Die XXVII. Augusti omnibus Ordinibus indiximus, ac primò Statim Comitiorum Exordio, Abdicationis Regni Nri propositionem publicam fecimus. Experti sumus amorem et affectum civilem fidelium Subditorum Nrorum, qui Serenissimorum Majorum Nrorum in Rempub: beneficia memoria colentes, Nrarumq; per annos viginti varia fortuna tot Astris, tot Comitijs, ingentium curarum, laborum et periculorum plurimum grati, omni contentione et ardentissimis precibus Nos in Thoro retinere nitebantur. Sed Nobis immota constantia, semel destinato inhærentibus, tandem eò descensum est, Ut Abdicationem, seu Resignationem Sceptri Polonici, realiter et solenni ritu faceremus. Prout quidem maturâ deliberatione præhabita, ac consentientibus omnibus Ordinibus sanè mente et corpore, liberè nec coactè Regno Poloniæ et Magno Ducatui Lithuaniæ Dominijsq; annexis Nosmet exuimus et in perpetuum abdicamus. Jura Majestatis et alia quævis Regibus Poloniæ et Magnis Ducibus Lithuaniæ ac Reipubcæ ex antiquo competentia plenè et integrè in manus Senatus et Nuntiorum Terrestrium totiusq; Reipubcæ omni meliori modo et forma restituimus ac resignavimus. Omnes Status et Ordines et quemlibet Subditorum Nrorum Juramento fidelitatis Nobis præstito vel quovis modo debito exoluimus atq; ab Obligatione Subjectionis homagii Vasallagii emittimus et absolvimus; Ducem in Prussia ab Obligatione vationis Ducalis Prussiæ ex Pactis debita et Juris Feudalis ratione

Bijou?

Bijtou et Leoburgi, ac Ducem Curlandiæ ab homagio seu quibusuis Obligationi-
bus, ex Nvâ tantum Persona, Liberos pronuntiamus. Diplona Electionis Nrâ
Anni M D CXLVIII^i^ authenticum et Originale vestitimus, cassamus et annihi-
lamus. Nihil Nobis vel quibuscunq; Successoribus Nris ad Regnum Poloniæ et
Magnum Ducatum Lithuaniæ Dominiaq; annexa in toto vel in minima par-
te Juris, Dominij, prætextus, colovis, vel inquavis. Qua Abdicatione seu Re-
signatione Coronæ Regiæ iam protunc vitè et legitimè peractâ, ac Diplomate
præsenti convoboratâ, Jus et potestas evit atq; est Nrâ in Choz Pabi Dño
Archiepiscopo Gneznensi Legato Nato Regni Poloniæ Primati Primoq; Principi,
Vacationem Sceptri et Interregnum declarandi, publicandi, eaq; omnia quæ de Jure
et Consuetudine Archiepiscopo Gneznensi sub tempus Interregni competunt, per-
agendi. Statibus autem et Ordinibus Regni, ad Electionem Novi Regis jux-
ta Leges et Consuetudinem procedendi. Quam quidem Liberrimam Electio-
nem, nulla vatione impedituros, neq; Candidatum quempiam promoturos, imò ve-
motius ab Actu et Loco Electionis durante eâdem Electione, mansuros Nos promitti-
mus. In cuius rei fidem et vobur perpetuum præsens Diploma Nrum Sigillo
Majestatis Nræ communiri iussimus. Datum Varsaviæ in Comitijs Regni
Gralibus Die XVI^a^ Mensis Septembris Anno Dñi M D C L X V III°
Regnorum Nrorum Poloniæ XX Sueciæ vero XXXI° Anno. Præsentibus
Rndmo, Rndis, Magcis, Nobilibus et Gnosis. Nicolao Prazmowski Archi-
epo Gneznen Legato Nato Regni Poloniæ Primate Primoq; Principe, Andreâ
Olszewicki Vacouien Duce Severiæ, Casimiro Floriano Duce Ezartoviiski Vladi-
slavien et Pomeraniæ, Stephano Wierzbowski Posnanien, Joanne Gembicki
Plocen, Thomâ Lezenski Luceorien et Bresten, Stanislao Sarnowski Præmi-
slien, Andreâ Olszowski Culmen et Pomeraniæ Vicecancellario Regni,
Thoma Oleiski Kiiovien, Alberto Kovijerski Camenecen, Episcopis:
Alexandro Lubomirski Cracovien, Georgio Zlebowicz Vilnen, Andrea
Carolo Grudzinski Posnanien, Joanne Fausto Sandomirien, Michaele
Pac Castellano Vilnen, Supremo Magni Ducatus Lithuaniæ Exercituum Du-
ce, Christophoro Zegotki Inowladislavien, Andreâ Potocki Kiiovien
Stanislao Jabtonowski Russiæ, Alexandro Stanislao Betzcki Podoliæ, Vla-
dislao Rej Lublinen, Joanne Gnin'ski Culmen, Joanne Bakowski
Pomeraniæ, Palatinis: Stanislao Skarzenski Wojnicen, Stani-
slao Oxa Samogitiæ, Joanne Francisco Lubowitki Podlachiæ, Felice
Pavis Lublinen, Alberto Mokronowski Rauen, Damiano Kretkow-
ski Culmen, Nicolao Mogowski Radomien, Szoldrski Bres
chovien, Castellanis: Joanne Sobieski Supremo Regni Marschalco
et Generali Exercituum Duce, Christophoro Pac Supremo Cancellario, Mi-
chaële Duce Radzivil Vicecancellario, Magni Ducatus Lithuaniæ, An-
dreâ

dveâ Morstÿn Supremo Regni, Visorio Kreÿszenstein Supremo Magni Ducatûs Lithuaniæ Thesaurayÿs: Joanne Clemente à Ruscà Byanicki Curiæ Regni Marschalco, Joanne Mathaßowski Spirituali, Joanne Krasinski Sæculari Regni, Spiridione Paulo Brzostowski Mag: Duc: Lith: Referendarii: Valeriano Stanislao Sudÿcki Archidiacono Vilnen: Vicario Generali Trocensi, Andrea Kotowicz Capitaneo Grodnensi Magni Ducatus Lithuaniæ Notariis: Joanne Szumowski Curiæ Regni Thesaurario Theodoro Doënhoff Succamerario Regni, Christophoro Potocki Magni Ducatus Lithuaniæ Vicillatore; Venceslao Leszczÿnski Regni, Mariano Ogiński Magni Ducatus Lithuaniæ Inscriptionibus; Joanne Wiesiolski Dapifero, Joanne Ogalinski Pincernâ, Feliciano Potocki Subdapifero Regni, Jacobo Potocki Regni, Hilario Polubinski M.D. Lith: Camerarius Notariis: Vladislao Szmeling Stabuli Regni Præfecto Nicolao Sieniawski Vexilliffero Regni, Francisco Bielinski Gladifero Regni, Stanislao Lipski, Spytkone Ostrorogski Cancellariatu Regni Regentibus, Joanne Tarski Instigatore Regni, Bonaventurâ Madalinski Supremo Thesaurij Regni Notario, Samuele Przezmowski Vexilliffero Regni Curiæ, Joanne Zelęcki Regni, Andreâ Tyzenhauz Mag: Duc: Lith: Senatoribus: Stephano Sapiehowski Succamerario Lanciciæ, Nuntiorum Terrestrium Marschalco: Joanne Carolo Duce Czartovijski Succamerario Cracouiensi, Stanislao Lubomirski Capitaneo Sandomiensi, Theophilo Duninˀ Raiecki Marschalco Lidensi, Carolo Lo Tarlo Stężycen: Capitaneo, Martino Dębicki Vexilliffero Sendomiren, Stanislao Zaßka Judice Terræ Sendomiren, Nicolao Pekostawski, Nicolao Snoguleski, Lipnensi Capitaneo, Venceslao Zaleski Lenciciæn: Vexilliffero Andrea Suzyna Opitensi, Casimiro Zapolski Siradiensi Succamerarijs, Nicolao Michelski Capitaneo Colensi, Chrisostomo Grzÿcki Judice Terræ Wieluniæn: Martino Siemianowski Capitaneo Sczyrcowien: Joanne Albrachto Scrawinski Lancicien: Stanislao Bÿkowski Przedcun: Capitaneis: Stanislao Ostrzycki Judice Terræ Sanocen: Stephano Złoczowski Vexilliffero Haliciæn: Georgio Wielohorski Succamerario, Stephano Zahorowski Capitaneo Vlodimiriensibus: Joanne Chwalowicki Smolensensi, Joanne Drohoiowski Lublinensi Succamerarijs: Petro Rudomina Capitaneo Stavoluben: Samuele Kmiczyc Vexilliffero Orszanen: Martino Oborski Livensi Capitaneo: Samuele Ludwikowski Vexilliffero Cervien: Christophoro Pisanka Vice Capitaneo Visnen: Francisco Wessel Capitaneo Makowien: Stanislao Sarbiewski Gladifero Cechanowien: Alberto Przezmowski Capitaneo Lomzen: Joanne Cieciszewski Lovensi, Alexandro Tatuski Rauensi, Christophoro Lowicki Almensi.

Culmen, Succamerarijs; Jacobo Szwaradzki Judice Terri Michalovien, Ste-
phano Piaseczinski Subdapifero Bracłavien, ad modernа Comitia Nuntijs
Terrestribus. Francisco Krazmowski Grezнen, Cracovien Cracho, Nico-
lao Lerenski Camera Nrâ Notario, Constantino Lipski Decano Grosnen, Sta-
nislao Zurowski Decemvum Curiæ Regni Notario, Hieronimo Olszowski Wie-
lunensi, Joanne Koss Ostrolecen, Alexandro Wolff Felinen, Sawicewski
Kowijensicen, Capitaneis et Camerarijs Nris, Hieronimo Dunin, Joanne Wis-
niewski Grosnen, Francisco Mokronowski Vladislavien, Ignatio Zakrzew-
ski, Sigismundo Otrębus Posnanien, Stanislao Skras Vladislavien, Jo-
anne Wotowski Varmien et Culmen Canonicis, Stanislao Baczinski huius
Diplomatis Notario, Joachimo Pastorio Historiographo, Secretarijs: Christo-
phoro Ostowski, Joanne Mariszek, Nicolao Wotowski Dapiferis Nris. Et
alijs plurimis Nostris et Incolis Regni et Magni Ducatus Lithuaniæ præsen-
tibus. Joannes Casimirus Rex Locus Sigilli Majestatici
pensilis in pixide Laminea in cera rubra expressi.

Aulicatus Nobili Lichtfus.

Joannes Casimirus DEI gra Rex Poloniæ Magnus Dux Lithua-
v.p. niæ Russiæ Prussiæ Mazouiæ Samogitiæ Livoniæ Smolenseiæ Czerni-
chouiæq; Necnon Sueccorum Gothorum Vandalorumq; Hæreditarius Rex.
Significamus præsentibus Litis Nris quorum interest Universis et singulis.
Oblatas esse ad Acta Metrica Regni Cancellariæ Majoris Lras infra scriptas
Pargameneas manu Nra Subscriptas et Sigillo Regni Cancellariæ Mino-
ris pensili in pixide argentea contento in cera Vero rubra expressi obsi-
gnatas, Sanas, Salvas, illæsas omniq; Suspicione carentes. Quarum
Lrarum Tenor Sequitur talis. Joannes Casimirus DEI gra Rex
Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Mazouiæ Samogitiæ
Livoniæ Smolenseiæ Czerniechouiæq; Necnon Sueccorum Gothorum Vandalo-
rumq; Hæreditarius Rex. Significamus præsentibus Litis Nris quorum
interest Universis et Singulis. Majestatem decusq; Regnantium in eo
præcipuè Verti, Ut Viros Vltra nascendi Sortem altiore Indole et moribus
Spectatos animiq; et ingenij dotibus præstantes, delectos e Millibus, Sibi
rebusq; gerendis cum cura adsciscant. Ac Nri quidem Semper instituti
fuit, tales Aulæ Nræ et Lateri Regio circumdare, quos egregia excellens
Virtus, Sublimis doctrina pervigil industria recti et justi tenacior pro-
bitas in Patriam amor, erga Nos illibata fides et bene merendi Stu-
dium melioje quadam notâ commendant. Quibus profectò Nominibus

et

et ornamentis devinctam tenet benevolentiam et gratiam Nram Regiam
Nobis fideliter Nobis dilectus Fridericus Lichtfus Secretarius Noster. Cui
primo statis exordio animus et studium fuit non otio et pulvere domes-
tico honestam Vitamdamq; viridem consepelire; Sed pectore toto Palladi
bonæ mentis et Virtutum theatrum amplecti multorum mores Populorum et
Urbes lustrare, linguas perdiscere, Principum Aulas arcana Servandi
Status artes pervallere, tantumq; Virtutis commendatione emereri Ut di-
gnus olim Visus fuerit, qui Secretarii publico officio Legationem Gno-
si Mathiæ Krokowski Nri in Sueciam Legati adiuvaret, adscitusq; ali-
quot abhinc annis inter Secretarios Nros Regios nuperrimè etiam stipen-
diante nonnullorum Illrium Virorum intercessione Consiliariorum Nrorum, in
penetralia Cameræ Nræ admitteretur. Declarandum itaq; duximus: prout
declaramus Præsentibus Nobis Fridericum Lichtfus Secretarium Nrum pro
Vero Aulico Cameræ Nræ habendum, tenendum et nominandum esse, atq; ho-
nore, prærogativa, titulo insignimus, Immunitatibus, prærogativis qui-
bus cæteri Aulici Cameræ Nræ gaudent, utuntur, eundem gaudere uti
frui debere. Quod ad notitiam omnium et singulorum quorum interest, præ-
sertim Vero Magcorum Marschalcorum Regni et M D Lith Curiæq;
Nræ deducentes, mandamus: Ut Sæpe dictum Gnosum Fridericum Lichtfus,
in numero Aulicorum Cameræ Nræ habeant et agnoscant, eidemq; de Juribus
Privilegijs et libertatibus Aulicos Cameræ Nræ concernentibus respondeant
et responderi faciant Pro gravamina Nra. In cuius rei fidem præsentes
manu Nra Subscriptas Sigillo Regni communiri iussimus. Datum Var-
saviæ Die XXVII Mensis Augusti Anno Dni MDCLIX°
Regnorum Nrorum Poloniæ XI Sueciæ XII Anno. Joannes Casimirus
Rex. Locus Sigilli pensilis Minoris Cancellariæ Regni in pixide
argentea appensa contenti in cera Vero rubra expressi. Andreas
Olszowski Regens Cancellariæ Regni. Quas quidem prædictas Litas
Nos Suscipi, Actis inscribi, ex iisdemq; fideliter depromptas in forma authen-
tica extradi permisimus. In cuius rei fidem &c Actum et Datum ut Supra.

Oblata Litarum pro parte Nobilium Tymphow Fratrum.

Joannes Casimirus &c. Significamus præsentibus Litis Nris quorum interest Universis et singulis. Oblatas esse ad Acta Metrices Regni Cancellariæ Majoris Litas infrascriptas Lapidaceas trinas, datas quidem manu Nostra Regia subscriptas et Sigillo Regni Cancellariæ Majoris obsignatas, tertias Vero manu Dñi Nicolai

Prazmowski

628.

LEGATIONIS INSTRVCTIONIS RESPONSORVM

ac variarum Literarum Missilium tam ad Sac: Reg: Mttem ab Externis Principibus, quam ab Eadem Regia Mtte ad Vicinos Principes scriptarum, expeditarum & missarum.

REGNANTE,

Serenissimo & Potentmo Principe
Domino Domino Ioanne Casimiro D. G.
Rege Poloniæ M. D. L. Russ: Prus: Mas: Sam:
Kiioui æ Wolhyn: Liuon: Smol: Czernieh:
Seueriæq; necnon Suec: Got: Vandalq́ué
hæreditario REGE.

Cancellariatu,

Illustrmi Excellmi & Magci Domini Ioannis
Comitis de Leszno Leszczynski Supremi Regni
Cancellarij, Maioris Poloniæ Generalis, Mar
burgensis Korsunensis &c Capitanei

Anno à Natiuitate Christi Domini
M. DC. LX. VII.
Conscripta.

LEGATION, INSTRVCTION RESPONSOR ac variarum Literarum Missilium tam ad Sac: Reg: Mtt̃em ab Externis Principibus, quam ab Eadem Regia Mtt̃e ad Vicinos Principes scriptarum, expeditarum & missarum.

REGNANTE,

Serenissimo & Potentmo Principe Domino Domino Ioanne Casimiro D. G. Rege Poloniæ M. D. L. Russ: Prus: Mas: Sam: Kiioui æ Wolhyn: Liuon: Smol: Czernieh: Seueriæq; necnon Suec: Got: Vandalq́ hæreditario REGE.

Cancellariatu,

Illustrmi Excellmi & Magci Domini Ioannis Comitis de Leszno Leszczynski Supremi Regni Cancellarij, Maioris Poloniæ Generalis, Marburgensis Korsunensis &c Capitanei

Anno a Natiuitate Christi Domini M. DC. LX. VII. Conscripta.

L

L

Serves Prod
ozniko Hon
tum Poste

Liter

Serenissi
Mechi
soluta
Arabum
Vicino

sumeriu
thoare
nub Ry
vido

Serenissimæ
tendis Amicitiæ
Domo officijs con
fidei Sacramen
ctenus immutav
adversitate, ten
amicitiæ vedunc
erim quamcung
cius desiderari
specieis de quod
libenter officium

Legatia do Cesarza Tureckiego

Przez Wrodzonego Jerzego Godlewskiego Mie-
cznika Nowogrodzkiego ciału Gonca przed Wiel-
kim Posłem Je K. Mci Mense Januario A. D.

1667.

Litera ad Imperatorem Turcarum.

Serenissimo & Potentissimo Principi Domino Sultan
Mechmet Han Imperatori Maximo Constantino
politano atq Asiæ Africæ Europæ Persarum
Arabum Syriæ Cypri Ægiptiq Domino Amico et
Vicino Nostro Charissimo. Joannes Ca-
simirus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Li-
thuaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæ Livo-
niæ Kyoviæ Volhyniæ Luconiæ Smolen: Czerniecho
viæq Ac non Sveciorum Gothorum Vandalorumq
Hæreditarius R. C. Salutem bonæ Vicinæ ac Amicæ mutuæ,
perpetuæ incrementæ

Serenissime et Potentissime Princeps. Studium Nostrum in co-
endis Amicitiæ cum Serie Vra eiusq Serma ac Potentissima
Domo officijs constantissimum & inviolata stabilitorum ab vtrq
fidei Sacramento Pactorum observantia, quemadmodum nulla ha-
etenus immutari aut infirmari poterat turbulentorum temporum
adversitate, ita huiusq continuatis aucta Incrementis, eiusdem
amicitiæ reddit egregiæ uberem Nobis suppetit materiam. Absit
enim quamcunq vel minimam aut conservandæ aut augendæ vi-
cius desiderari a Nobis partem, ita in ijs conservatione circum-
specte vt quidquid propensissimi affectus deprome re possimus ad
libenter officiorum Nostrorum frequentatione testemur. Quod vt.

ipso monstremus affectu consteq; non solum nos ullam occasionem
in conservando hoc mutuae necessitudinis vinculo praetermisisse,
sed etiam ultro vicenter ad confirmandum et corroborandum
hocce animum sumpsisse. Ordinavimus ad Serntem Vram in
occurrentibus quae Sram Serentem Regni statum afficiunt negotys
Legatum Nostrum Magnum quem prope diem expediturum, ab
legamus, interim anticipantem adventum eius Praenuntium
Grosum Georgium Godlewski Ensiferum Terrae Novogrodens
Aulicum Rum. Hunc igitur ut Srntas Va in Suum con
spectum benigne admittere. Nostrasq; ab illo felicis diu
turni Imperij oblatas comprecationes ex intimo animo pro
fectas excipere, atq; qua parem amicum Principem Vota et
studia Nostra agnoscendere benevolentia velit maiorem in modum
Srntem Vram interpellamus. Cui interim felices verum succes
sus atq; optimam ac longaevam a DEO valetudinem intime
precamur Datum Varsaviae die Mensis Januarij An
no Domini M D C L X VII Regnorum Nos
trorum Poloniae & Sueciae XIX Anno

Ad Mandatum S.R.Mtis

Litera ad Vesyrum Turcicum

† Joannes Casimirus Dei gratia Rex Polo
niae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae
Masoviae Samogitiae Livoniae Kyoviae Volhyniae
Livoniae Smolenscii Czerniechoviae Severiaq; Rec
tor Sueconum Gothorum Vandalorumq; Haereditarius Rex
Illustrissime Princeps Amice Noster Charissime. Constans
gvem experimur Nos Regnumq; Nrum ac Dominia Nostra a
nimus Illustritatis Vrae vel Nos fiduciores de Amicitia erga
Nos et totam Rempub. Polonam inviolabilius per Srmam Portam
Ottomanicam tenenda reddit ita certiores facit eiusdem in
promovendis Votis Nris studia haud remissioni contentione No
bis impendenda Quam quidem Amicitiam ut constet Srmae
ac Potentissimae Portae Nos semper Magnifecisse et eam perpetuo
colere velle nullam occasionem vacuam benevolentiae Testimonys

transire

transire permittentes ordinavimus Legatum Nrum Magnum amica
vota et studia Nra Serma ac Potentissimo Principi Turcarum
Imperatori delaturum. Interim vero Prsnuntium eius Ablegamus Grosum Georgium Godlewski Ensiferum Novogrodensem Aulicum Nrum Quem Illstati Vrae impensius commendantes per amanter expostulamus, quatenus pro solitis erga Nos amicitiae officijs literas Nras ad eandem Srtm directas humaniter recipiat Et una cum Prsuntio Nostro sub Serenitati prosequi tet ac ad excipiendum de more Et Amice Magnum Legatum Nostrum Sermam Portam disponat Interim Illustritati Vestrae bonam valetudinem precamur Datum Varsaviae die Mensis Januarij Anno Domini M DC LX VJJ° Regnorum Nostrorum Polonia Et Sveciae XLX Anno.

Ad Mandatum S R: Mtis

Litera ad Balsam Silistriae

Joannes Casimirus Dei gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae Russiae Prussiae Mazoviae Samogitiae Livoniae Kyoviae Volhyniae Livoniae Smolen: Czerniechoviae Severiae Rex non Slesiorum Gothorum Vandalorumq Hæreditus Rex Illustris Princeps Frater Nobis dilecte Ad conservandam Nram cum Srma ac Potentissima Porta Ottomanica Amicitiam, expecturi prope diem Magnum Legatum Nrum ad Eandem Prsentium interim ablegamus Grosum Georgium Godlewski Ensiferum Novogrodensem Aulicum Nrum. Cui vt Gratt: Vra liberum ac securum Eid cursum per Terras Ditionum Ottomanicarum Gubernatori Gratt: Vrae subiectas cum eius Comitatu rebusq prsentet, humanitatis ac hospitalitatis Officijs pro Iure gentium prosequatur atq vt eo tutius Et commodius destinatum sibi locum contingere,

sposit, sufficientem pro maiori securitate assistentiam præbeat, stu
diose desideramus ac Gratt: Vram amice requirimus. Eandem
benevolentiâ ac humanitatis rechibitionem. Nuntÿs quoq ac qui=
busvis Srmæ Portæ vasallis Et a Gratt: Vra commendatis pur
Officiales Terrarum Nostrarum testaturi. Interim Gratiæ Vræ
longâva valetudine perfrui cupimus. Datum Varsaviæ
die Mensis Januarÿ Anno Domini M DC
LX VII Regnorum Nostrorum Polonia &
Sueciæ XIX Anno

Ad Mandatum Sae Rae Mtis

Musteri Principis Srmi ac Potentissimi Imperatoris
Maximi Constantinopolitani ad Mare Nigrum Suprē=
mo Mechmeto ac Silistriæ Ozakoviæ & circum=
circa jacentium Provinciarum Begleribeco Gratæ No
bis dilecto

Littera ad Vesyrum ab Illustrissimo Cancel=lario Regni Supremo.

† Illustrissime & Excellentissime Princeps Domi,
ne Amice Observandissime. Evectus ad Supremi Can=
cellariatus in Regno Poloniæ DEI Ter Optimi Maxi
benignitate & speciali S:R:Mtis Domini mei Clemen
tissimi gratiâ fastigium, dum dignitatis acceptæ discus=
tio momenta nihil congruentius duxi, quam ita eam obire
et omnes illius partes ad commune publici boni auctora
mentum traducam. Cum vero potissima immò prima illius
pars sit studere concordiæ et Amicitiæ finitimorum Principū
in hacq solidissima Basi Boni publici versatur cardo. Imperio
rumq et Regnorum constet integritas: si quibus antehac vi=
get hisce inter eosdem stabiliatur amicitia incrementis, gra=
tulor felicitati meæ in ea functionem meam incidisse tempo
ra quum Mtas Vra amicissimus Regno Poloniæ Princeps

feliciter

feliciter Supremam Magni Veseratus dignitatem apud Se
renissimam et Potentissimam Othomanicam Portam, cum
multa laudis et gloriæ accessione administras, ut pote fa
ci atq; amicitiæ cum Regno Polonio confirmandæ. Interme
dius Arbiter & Conciliator. Cuius stabiliendæ gratia vti
Sacra Regia Mtas Dominus Meus Clementissimus, hactenq
nullam intermisit occasionem ita in præsentiarum quoq; nihil
felicius ratus, quam perpetua pace atq; forma soluti
DEO Auspice Domesticis motibus. Thronum suum stabi
ire, atq; tot populorum Salutes adinvicem protegi amu
citia. In evidentius propensissimi animi sui Testimonium
Destinavit Magnum Legatum cum plena amoris ac benevolen
tiæ testificatione in occurrentibus Regni sui et Reipublicæ
negotijs propediem ad Srmam & Potentissimam Portam Ot
thomanicam mittendum. Interea præmittit Præsentium
suum Grosum Georg. Godlewski. Crsiferum Novogrodens
Aulicum Arum, qui adventum Magni Legati antecedat
et de effusissimo erga Sermam ac Potem Portam Otthoma
nicam S. R. Mtis Dom: Mei Clemen amore et affectu Ser
mum et Potentissimum Turcarum Imperatorem edoceat.
Quem vti S. R. Mtas D: M. Clemen sufficienti commenda
tione ad Mtem Vram præmunivit, ita ad me quoq; pertine
re arbitratus sum impensius eundem Illustritati Vræ
commendare quatenus illum benevolentia ac humanitate
Sua prosequi atq; ad suam Serma Mtem aditum illi pa
rare et quo celerius remigrare in Regnum Poloniæ possit
authoritate sua prodesse velit. Quod vti non gravanter
Illustritatem Vram facturam minime dubito, ita eidem reciproca studia mea et officia in oblatis occasionibus appromit
to. Interim vero Alti Vram prosperima quæq; animitus
optamus. Datum Varsaviæ die Mensis January Ao
Domini M DC LX VII.

List od Hana Krymskiego do Krola JeMci.

Naiasnieyszy Krolu Polski Bracie Nasz.

+ Od Pana Boga zdrowia dobrego z Bożeczym wsze
Calim W: K: Mci Bratu Naszemu vprzeymie
zazywac życzymy. Znaszaiąc się przodkowie Nasi przy
rzeń oznaymuiąc postronnym Monarchom y my tymże tor
dąc starąiąc na Stolicy Chanstwa Naszego vmyślnie
wyselamy Posła do Cesarza JeMci Niemieckiego z Przyia
znią I to oznaymuiąc że My z Krolem JeMcią Polskim
Bratem Naszym tako y przodkowie Nasi wtymże a nie innym
Braterstwie dozywotnie zostawać chcemy y życzymy vpra
szaiąc W KMci Brata Naszego y przyczyniaiąc się przy
łamem człeka rednego a po dwoch by onemu bez Państwa
W KMci Brata Naszego był przeiazd bespieczny za
doznaną y My tesz nigdy niezamiechamy. Ktorému powtor
nie zdrowia y wszelakich szczęśliwości życzemy od Pana
y zdrowia Dan w Bakusarau 8 Anno 1000

W K Mci wszego
dobra życzliwy Brat
Adyl Girey Chan Ord
wielkich

Od Islam Agi Wezyra Ord
Wielkich do Kanclerza W: Ko
ronnego

Iasnie Welmozny Mci X Kanclerzu W: Kor:
Moy Mci Panie y Przyiacielu

+

od Pana

Od Pana Boga zdrowia dobrego z szczesciem wszelakich zazywac życzę WMci Pana. Znaszaiąc się Chanowie Krymscy Przyiazn oznaymuiąc postronnym Monarchom y ten raz tymże torem idąc stanawszy na Stolicy Chanstwa swoiego umyslnie wysyla Posla do Cesarza Ptomu Niemieckiego z Przyiaźnią. I to oznaymuiąc iż My z KIMcią Polskim Bratem Naszym iako y przodkowie Nasi w tym a nie inszym Braterstwie dozywotnie zostawac chcemy y życzemy. Tegosz też po nim potrzebuiąc by też takieyże Przyiazni dotrzymywał iako z KIMcią Polskim. tak też y Nami. Potrzebuie też tego przezemnie od WMci MMci Pana bys to sprawił powagą swoią u KIMci Pana swego przydaniem człowieka iednego, albo dwoch temu wystanemu Posłowi Naszemu dla snadnieyszego przeiazdu. Za doznaną y my też rządy z Panem Moim miłosciwym niezaniechamy. Ktoremu ia powtornie zdrowia y wszelakich szczęśliwości życzę od Pana Boga Dan w Bakczysaraiu &c Anno 1666

MMci Pana życzliwy
Przyiaciel
Islam Aga Wezyr Ord
wielkich

LEGATIA do Ha
na IeMci Krymskiego przez Vro
dzonego Jana Karwowskiego Skar-
bnika Ziemie Lwowskiey Mense Ianua-
rio Anno Domini 1667

List do Hana Krymskiego

Od Nas Naiasnieyszego y Naypotężnieyszego mie

dzy

